ARCHIWUM UNIWERSYTETU JAGIELLOŃSKIEGO

ZESPÓŁ:

Rękopisy XV–XVIII w.

SYGNATURA:

Rkps 297 – Protocollum actorum et conclusionum facultatis medicae (Universitatis Cracoviensis), 1612-1779

DIGITALIZACJA:

Archiwum Uniwersytetu Jagiellońskiego

2014 r.

1. NR ARCHIWUM:	2. NAZWA ARCHIWUM:	
805	Archiwum Uniwersytetu Jagiellońskiego	
3. NAZWA ZESPOŁU:		
Rękopisy XV–XVIII w. (Rkps)		
4. NR ZESPOŁU:	5. SYGNATURA OBIEKTU:	
2	Rkps 297	
6. LICZBA STRON/KART:		7. LICZBA SKANÓW:
114		118
8. DATA WYKONANIA:	9. NAZWA PRACOWNI:	10. WYKONAWCA KOPII CYFROWYCH:
2014	Archiwum UJ	Maciej Janik
11. UWAGI:		
-		

297.

Protocollum
Actorum et Conclusi-
onum Facultatis
Medicæ. ex. a 1612
1720. (B)


Inches
Centimetres
Colour Chart #13
DANES PICTA .COM
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black

ARCHIWUM U. J.

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
Colour Chart #13
DANES-PICTA.COM
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

II

Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Duodecimo, Decembris Die tertia in Decanatu Excellentissimi Dñi M. Gabrielis Ioannicii Phiæ Medicinæq Doctoris et Professoris Sacræ Regiæ Maiestatis Phisici Medici Excellens Dñus M. Matthias Andreæ Woienski per Excellentiss: Dños Doctores, Decanum ipsum et Valentinum Fontanum ac Christophorum Naiman Professores Medicinæ qui tres tum temporis facultatem regebant pro gradu Baccalaureatus esset sufficienter examinatus et admissus. Tandem die Decimaquarta Martii disputatione de calore natiuo eadem die præmissa per Excellentiss: Dominum Doctorem Gabrielem Ioannicium Præceptorem suum publicè et solemniter est in Baccalaureum Medicinæ promotus et renunciatus.

Anno Dñi 1627 Die Decima sexta Mensis Iunii. In Decanatu M. Christophori Naimanowicz Phiæ et Medicinæ Doctoris ac Ordinarii Professoris, Academiæ Generalis pro tunc Rectoris, habita est Conuocatio D.D. Doctorum facultatis Medicæ in hæc uerba.
Clarissime et Excellentissimè Dñe Doctor adesse dignetur D. V. hodie hora 2a in Hipocausto Maioris Collegii communi ad audiendam petitionem Excellentis Domini M. Gabrielis Ochocki Bursæ Philosophorum Senioris, postulantis in facultate nostra ad gradum Baccalaureatus promoueri, assignandum puncta eidem si uidebitur, deputandum Examinatores cum Decano et ad alia q̃ proponentur tractanda, sub pæna carentiæ et non contradicendi. Detur omnibus Dominis Medicinæ Doctoribus iuratis et facultati incorporatis tantum. Ex parte Decani Facultatis Medicæ.

In qua Conuocatione audita petitione Excellentis Dñi Magistri conclusum eum ad examen pro Gradu Baccalaureatus in Medicina admittendum esse puncta illi assignata duo. Primum ex prima parte Secundi libri Art: paru: Galeni de signis calidi uel frigidi Cerebri. Secundum ex par: tertia libro primo Doctr: 3tia Capitulũ primum de complexionibus. Ibidem constitutum Dnũm petentem per Decanum cum tota facultate examinandum esse

Die Decima ſeptima Iunii. Data eſt facultati Medicinæ Conuocatio uerborum tenore tali. Clariſſime et Excellentiss: Dñe Doctor adeſſe dignetur D.V. hodie hora 2o in Hipocauſto communi maioris Collegii ad examinandum Excellentem Dnũm Magiſtrum Gabrielem Ochoc: ki pro gradu Baccalaureatus in facultate Medica. Ad audiendam petitionem Excellentis D. Magiſtri Gregorii Lomzinski Scholæ S. Spiritus Senioris promotionem in Medicina affectantis, ſub pæna non contradicendi et prout diligitis bonum Facultatis. Detur om: nibus D.D. Medicinæ Doctoribus iuratis et facultati incorporatis tant. Ex parte Decani facultatis Medicinæ.

In qua Conuocatione Excellens Dnũs M. Gabriel Ochocki ex ſibi aſſi: gnatis punctis diligenter et ſufficienter fuit examinatus. Demum matura facta deliberatione ex unanimi DD. Doctorum conſensu per Decanum facultatis Baccalaureus in Medicina fuit creatus. Ibidem Clariſſimus et Excellentiss: Dnũs Matthias Woienſki Præceptor Suus ad renunciandum et promouendum eum publicè in dicto gra: du fuit aſſignatus. Conclusum quoque ut D. Candidatus Disputa: tionem ad quam ex ſtatuto eſt obligatus in dicto renuntiationis A: ctu abſoluat. Secundo loco audita fuit petitio Excell: D. M. Grego: rii Lomzinſki, in Medicina promoueri cupientis, idque non ad Ca: thedram, ſed iure Hospitum, et ut dicitur ad faciendam praxim tantummodo. Conclusum admittendum et examinandum eſſe aſſignata ſibi puncta Aphoriſmus tertius Sectionis primæ, item pro caſu Pleuriticus in latere dextro, hyeme annorum triginta

Die Decima octaua Iunii, habita eſt facultatis conuocatio in hæc uer: ba Clariſſime et Excellentissime D. Doctor Adeſſe dignetur D.V. ho: die hora 2o in Hippocauſto communi Maioris Collegii ad examinan: dum Excellentem D. M. Gregorium Lomzinski pro gradu Bacca: laureatus in facultate Medica ſub pæna non contradicendi. Detur omnibus Dominis Medicinæ Doctoribus Facultati incorporatis tantum. Ex parte Decani Facultatis Medicinæ..

In qua conuocatione Excellens Dñus Magister fuit examinatus et ex unanimi Dñorum Doctorum consensu per Decanum facultatis Baccalaureus Medicinæ iure hospitium et ad praxim fuit creatus et renunciatus.

Anno Domini 1627 ipso die sanctæ Heduigis in Decanatu Dñi Doctoris Christophori Naimanowicz data est conuocatio in hæc uerba

Clarissime et Excellentissime Dñe Doctor, adesse dignetur D.V. hodie hora uigesima in hippocausto maioris Collegii communi ad accipiendas lectiones et horas pro commutatione futura. Ad eligendum Decanum et ad alia quæ proponentur tractanda, sub pœna non contradicendi et pro debito officii. Detur omnibus Dominis Medicinæ Doctoribus iuratis et facultati incorporatis tantum. Ex parte Decani facultatis Medicinæ.

In qua Conuocatione acceptæ sunt lectiones et horæ serie tali.

Clariss: et Excellentiss: D. Christophorus Naimanowicz accepit nonum Rhasis ad Almansorem hora uigesima.

Clarissimus et Excellentiss: D. Ioannes Mitkowski Aphorismorum Hippocratis sectionem primam hora decima nona

Clarissimus et Excellentissimus D. Matthias Woienski tractatum de peste

Clarissimus et Excellentissimus D. Ioannes Petricius Pm. Fen: Can: Auicen. Horas habebunt pomeridianas subsequentes uigesimam primam et uigesimam secundam

Secundo loco electus est facultatis Decanus iuxta Statutum, ordinè sequens, Clariss: et Excellentiss: D. Ioannes Mitkowski, cui Decano præcedens Clariss: et Excellentiss: D. christophorus Naimanowicz librum statutorum facultatis Medicæ porrexit et contulit.

M. Christophorus Naymanowicz Phil et Medicinæ Doctor Decan: Facultatis

Decanatus M. Joannis Brochwicij Mitkowski Phiæ et Medicinæ Doctoris eiusdemque ex fundatione Miechouitæ Professoris A.D. 1627 pro festo Sc. Heduigis electi.

Commutatio Hyberna.

Baccalaureatus Medicinæ Excell^s D. Gabrielis Ochocki.

Anno Dñi 1628 Promotio celebrata est solemni apparatu Excell^s D. Gabrielis Ochocki Artium Magistri Phiæ Doctoris Senioris Collegii Philosophorum, præsidente Clarissimo ac Excellentissimo Dño Matthia Woienski Phiæ et Medicinæ Doctore Anatomico et curæ pauperum ex fundatione Petri Posnaniensis Professore

Præmissa est disputatio de motu cordis disputantibus DD. Medicis, et inter alios Spectabili ac Excellentissimo D. Georgio Pipano Juris Vtriusque et Medicinæ Doctore, Equite D. Marci, et protunc Proconsule Cracou. Frequenti postea auditorio in facie totius vniuersitatis nostræ Rectoratu Adm Rndi ac Magnci D. Alberti Borouii S.T. Professoris Academiæ Rectoris Generalis, in magno nobilissimorum Hospitum concursu, et symphonia: corum præcipuorum concentu Medicinæ Baccalaureus renunciatus est. Felix faustumque sit et Facultati Medicæ quæ tot annis promotiones is: tas intermiserat, et D. Baccalaureo qui nunc primum reuocata an: tigua consuetudine bono exemplo aliis pergit esse. Vtinam decurso bien: nii studij medici curriculo etiam Doctoratu pro ornamento facultatis Medicæ potiatur.

Licentia adeundi D. vicecancellarium data Excell^o Dño. Mgro Lomzinski.

Anno Dñi 1628 Conuocatio facta ad examinandum Excell^m D. M. Lomzinski quatenus illi liceret adire D. vicecancellarium apud facultatem Medicam instante. Facto itaq examine ex punctis prius assignatis, data est ei facultas adeundi D. vicecancellarium, ut si haberet potestatem

ab Illmo Dño Cancellario aperiendi examen pro gradu Doctorat9 aperiret.

Commutatio Aestiua

Horas et lectiones DD. Professores Medicinæ accipiunt

Hora 19 D. Christophorus Naimanowicz Alter: part: Rhas: ad Alm: lib9
Hora 18 D. Joannes Mitkowski De morbis in genere.
Hora 20 D. Matthias Woienski De morbis acutis
Hora 17 D. Joannes Petricius De Febribus.

Epitomen Medicinæ totius, D. Gabriel Ochocki Medicinæ Baccalaureus explicandum accepit pro diebus Caniculatibus, bis in die legit in Lectorio DD. Medicorum, quod plenum auditorum habuit, summo cum omnium applausu, Vniuersitatis decore, ac sui gloria.

Disputatio Medica Excellis Dñi Baccalaurei Ochocki

D. Baccalaureus Medicinæ, Decano Collegii Medici, Quæstionem de temperamentis unâ cum suis Corrolariis examinandam dedit, qua approbata et typis impressa, triduo ante, Excellentissimos DD. Doctores ad Disputationem inuitauit, qua peracta Professores facultatis, oblatione uini generosi ut moris et consuetudinis est refecit, prout similiter etiam in promotione ad Baccalaureatum fecerat.

Decanus electus Excellentissimus Dominus Matthias Woienski pro futuro anno cui Statuta medica sigillum et ea quæ sunt Decani à prætervito Decano tradita

M. Joannes Mitkowski Medicinæ Doctor
Professor et Decanus Facultatis.

DECANATVS

M. Matthiæ Woienski Medicinæ Doctoris et Professoris.

Die Sanctæ Barbaræ Anno 1628

Data est facultatis Medicæ conuocatio hoc tenore uerborum. Excell^{s} Dñe Doctor Adsit Excellentia uestra hodie hora Decimanona in Hypocausto Collegii maioris, ad audiendam petitionem D M. Gabrielis Ochocki Medicinæ Baccalaurei, et ad alia quæ per Decanum proponentur tractanda sub pœna non contradicendi. Detur omnibus DD. Doctoribus Medicinæ Academiæ incorporatis. Ex parte Decani Medicinæ.

Quibus lectis quæri cumprimis cæpit; haberetne ea Conuocatio locum: conclusum vnanimi quatuor DD. Doctorum tunc facultatem regentium consensu conuocationem habere locum Inductum deinde permittendane petitio esset D. Gabrieli Ochocki conclusum permittendam. Is igitur in consessum Facultatis Excell^{s} ueniens breui atque ea accurata dictione petiit: aperiri sibi examen ad Secundam lauream Medicæ facultatis. Cum uero locum deliberationi reliquisset; fusissimè in ea re à Clarissimis DD. Doctoribus est disceptatum Nobilia illius natalia præ oculis habita, uita illius perpensa, discussi labores et in re Medica progressus. Cumq; nihil esset quod currentem retardare deberet conclusum sententia communi, aperiendum esse illius gratia examen: eo tempore quod Facultatis Decano ad eam rem uidebitur opportunum. Assignata simul et puncta duo per Facultatem Excell^{m} quæ Decanus pridie examinis Candidato proponeret. Primum ex Hipp: nempe eius Aphorismi explicatio Concocta medicari atque mouere ℘ Secundum ex Galeno. An Hypostasis vrinarum in febrib^{9} sit effectus causæ morbificæ nec ne? Quoniam uero nec biennium integrum habuit, nec disputationes omnes: idcirco ea in re secum facultas dispensauit: ea tamen lege ut necessitatibus præsentibus facultatis florenis vndecem subueniret. Quod quidem fecit, pecunia hac Decano facultatis persoluta. Atq; his sic actis Conuocatio est soluta.

Die 22 Decembris Anno 1628

Data est Conuocatio Facultatis in hac uerba. Excell^{s} Dñe Doctor Adsit Excell^{s} vestra. Feria Sexta proxima in Hypocausto Collegii Maioris hora 20: ad examinandum D. M. Ochocki Medicinæ Baccalaureum, pro secunda laurea Medicæ facultatis, sub pœna carentiæ et non contradicendi. Detur DD. Doctoribus omnibus facultatis Medicinæ Academiæ incorporatis. Ex parte Decani Medicinæ.

Conuocatione hac conclusum imprimis præsentem Conuocationem habere locum. Deinde ex Dño Candidato secundæ laureæ audita est, cum Aphor: Hipp: explicatio; tum quæsti:

onis pridie sibi per Decanum assignatæ determinatio. Examinata omnia diligentissime, et rationibus pluribus per singulos DD. Doctores oppugnata. Demum abeunte candidato deliberatum permittenda ne illi potestas esset; petendi a Dño Vicecancellario Academiæ examinis apertionem, pro Secunda laurea Medicæ Facultatis. Conclusum vnanimi DD. Doctorum consensu. Quandoquidem Hippocratis Doctrinam explicando, quæstionem sibi propositam decidendo, atque ad Argumenta DD. Doctorum respondendo præclare sese Candidatus gessit: ideo faciendam illi esse adeundi D. Procancellarium et ab illo examen ad secundam lauream petendi, facultatem.

Die Quarta Januarii Anno 1629

Data est conuocatio Facultatis hisce uerbis. Clarissime Dñe Doctor Adsit Excell'ua uestra die crastina hora 2a in Hypocausto Collegii maioris ad examinandum pro secunda laurea Medicæ facultatis Excell'D. M Gabrielem Ochocki Medicinæ Baccalaureum sub pœna non contradicendi Detur omnibus DD. Doctoribus Facultatis Medicæ Academiæ incorporatis. Ex parte Vicecancellarii Academiæ.

Lecta hac conuocatione exhibuit litteras Excellentissimus Dñus M. Matthias Woienski Medicinæ Doctor et professor Illmi et Rndmi Dñi Martini Szyszkowski Episcopi Cracouiensis Academiæ Cancellarii, quibus in examinando D. Gabriele Ochocki partes suas sibi expresse committit. Quibus exauditis sigillo et manu Illmi Dñi perpensa, dicto D. Procancellario inducente, DD. Doctores unanimi uoluntate concluserunt; Conuocationem datam habere locum. In Conclaue igitur Candidatus ueniens: primo caput 77 Artis paruæ Galeni de signis cordis patientis est interpretatus: deinde eam Quæstionem decidit: An in omni palpitatione cordis Phlebotomia competat nec ne? vtnimq; hoc pridie examinis à D. Procancellario sibi assignatum habebat. Oppugnatæ sunt Conclusiones suæ et Doctrina tota: per quatuor DD Medicinæ Doctores Facultatem regentes. Deinde recedente Candidato, deliberatum An illi laurea secunda in medicina permittenda esset: decretum vnanimi sententia DD. Doctorum et Procancellarii permittendam esse. In consessum igitur DD Doctorũ Candidatus uocatus, Procancellarii uoce, iuxta ritatum Academicæ ordinem licentiatus Medicinæ est creatus. Quo honoris atque dignitatis gradu obtento, confestim petiit nouus licentiatus admitti se ad facultatem iuxta præscriptum legum ac iurium facultatis. DD Doctores audita hac petitione et statuto diligentissime examinato eundem admisere: præuio nihilominus iuramento in legibus descripto quod confestim licentiatus præstitit locumque a Decano Facultatis sibi assignatum iuxta D Doctorem iuniorem tunc in Facultate præsentem obtinuit. Quia uero legibus Facultatis cum ad præmium DD Doctoribus examinatoribus suis tribuendũ

tenebatur: tum ad collationem eorundem gratia faciendam: iccirco id quod primum fuit deprente exoluit: alterum hoc nempe collationem in solemnem renunciationis suæ diem reseruauit. quod sibi etiam totus ille DD. Doctorum consessus permisit.

LICENTIA

Doctoratus in Medicina Excellentiuiro D. M. Gabrieli Oehocki Phiæ Doctori in Aula D. Iagiellonis a Clarissimo D. M. Matthia Woienski Medicinæ Doctore et Professore, Academiæ Procancellario concessa die 18 Ianuarij Anno 1629. Fuit autem huius totius solemnitatis modus eiusmodi atque ratio.

Hora Decimaquinta cum frequentissimo DD. Magistrorum Baccalaureorum et studiosæ iuuentutis numero in ædes Procancellarii licentiandus descendit: exindeque cum tota hac caterua Procancellarium in Aulam D Iagielonis deduxit. Qui iam congregatam iam Mandato Magnei Dni Rectoris Vniuersitatem intuens: omniaq; ad Actus solennitatem prompta et parata aduertens: in lectorium DD. Theologorum, bedellis cum fascibus præeuntibus uenit: rostraq; gymnasii plaudentibus omnibus et rei raritatem expectantibus conscendit.

Breue cumprimis de lite atque amicicia Rhemium Procancellarius attulit: tanquã primis uitæ humanæ et rerum omnium initiis atque elementis: deinde negotium omne in tria uelut membra partesque diuisit. Prima parte, iuxta vtramque partium, adductam in medium quæstionem discussit: discussamque licentiando ex more uetori definiendam commisit. Iubens iniunctum sibi munus licentiandus assumpsit: omnesque eius partes docto et subtili sermone congruenter expleuit. Nec solum conclusiones ex Fundamentis ad rem propositam inprimis aptis intulit, uerum ex conclusionibus quoque corrolaria, citra omnem nixum tractumque deduxit: ad extremum et rationes Procancellarii aduersus doctissimè dissoluit. Sic prima operis absoluta parte; alteram Procancellarius est exorsus: cui initium licentiandus a publica fidei Professione fecit. Excepit hanc Oratione Procancellarius et promouendi commendatione: eiusdemque ex forma Academiæ usitata in Licentiatu Medicinæ renunciatione. Vt uero Quæstio omnis de Sympathiæ natura et Anthipathiæ fuit: ita Oratio de lite et amicicia extitit: quibus uitam nostram constare regi et propagari Procancellarius docuit. Concluſit hanc negotii partem, festiua fabulæ recitatione bedellus: quam de lite itidem atque amicitia iucundissime conceptam habebat. Tandem secutæ sunt gratiæ, pars tertia vltimaq; negotii totius: quas Procancellarius hospitibus totiq; vniuersitati cumulatissime

egit. Apposita et refecto a Licentiato Vniuersitati fuit, in Saccharo confectionibus Maluaticis; in Hyppocausto Collegii eiusdem. Quoniam uero DD Doctoribus Medicinæ circa sui susceptionem ad facultatem collationem ut debebat nullam exhibuit: iccirco eosdem domi suæ die hoc solenni mensa et prandio Galenica honestissime refecit. Atque is ordo extitit Promotionis huius: cui et tibiæ modulatè sonantes, et Musicorum cantus accesserunt; post quamlibet solennitatis partem.

Die 22 Ianuarii Anno 1629

Conuocata fuit facultas hoc tenore uerborum Excell^s Dñe Doctor Adsit Excell^a V^ra hodie hora 20 in Collegii maioris Hypocausto, ad consultandum in graui negotio, et honorem tangente facultatis totius: prout bonum illius diligit et sub pœna non contradicendi. Detur omnibus DD Doctoribus et Licentiato Medicinæ Academiæ incorporatis. Ex parte Decani Facultatis.

Qua conuocatione lecta conclusum est consentientibus omnibus eam habere locum Proposuit igitur Decanus Religiosum Patrem Solecium S. Mariæ de monte Carmeli a nonnullis DD Doctoribus Theologis in Ecclesia S. Mariæ in Arenis die hodierno Theologiæ Doctorem creatum esse. Etsi id Academiæ iura consuetudo pernetus minime permitterent quæ eos duntaxat promoueri in Templis patiuntur, qui publicæ Professionis gratia honores in Academia accipiunt: cæteros qui priuata dignitatis causa, lauream ab Academia petunt (quod in eo quoq; uiro Religioso accidit) non nisi in Aula Academiæ promouendos esse disponunt. Accessit ad eam rem dissensus aliorum DD Doctorum Theologiæ D. Alberti Gilewski S. Floriani Decani, et D. Matthiæ Blosii eiusdem Ecclesiæ Custodis: qui eam promotionem non alibi celebrari posse quam in Aula Theologica censuerunt: quod consuetudo immemorabilis temporis, ab omnibus facultatibus ad hunc usque diem integerrime seruata ita disponeret. Auxit errorem Magni D. Rectoris D Danielis Sygonii S T D. Canci Cracouien^s mandatum: quo ille edixit, priuatæ vt promotioni isti in templo S. Mariæ in arenis, omnes Vniuersitatis Ordines interessent: contra iura et Statuta Academiæ; atq; prædictum Religiosum ut ex Aula D. Iagellonis in templum Patrum Carmelitarum extra mœnia deducerent. Periculum igitur esse concluſit Decanus, ne dictus Religiosus, creatum se esse ad Cathedram

(ut aiunt) Doctorem existimet, atque DD Doctoribus Medicinæ Professoribus in publicis Academiæ consessibus locum præripiat.

Facultas Excellens diligentia Decani collaudata uoce ac sententia unanimi decreuit. Instituendam esse protestationem contra DD Doctores Theologicæ Facultatis: eos qui ultra iura et consuetudinem Academiæ, spreta Aula Vniuersitatis ad promotionem dicti Religiosi extra mœnia processerunt: eiusq; nouitatis, reclamantibus aliis eiusdem Facultatis Doctoribus authores fuerunt: nec vnquam eius Sacerdotis Religiosi Promotionem agnoscendam esse, aut ullo pacto pro Canonica et legittima habendam concluserunt: consulentes ea re cum iuribus et consuetudinibus Academiæ totius: tum prærogatiuis respectu Doctorum priuatim promotorum facultatis suæ. Quoniam uero Magnicus D Rector mandatum quod ad eam promotionem dederat reuocauit: prout ea res nonnullis DD. Doctoribus Medicinæ certo constitit, iccirco ab alia protestatione quæ contra hoc mandatum institui debebat recedendum esse facultas censuit. Atque tunc in continenti Decanus Facultatis Medicæ, Suprascriptorum nomine, coram D Notario Publico M Andrea Cieński Philosophiæ Doctore est protestatus.

RESPONSIO PRO LOCO

Excellentissimi Viri D. Laurentii Smieszkowicz Phiæ Medicinæq; Doctoris.

Quum vir Clarissᵘˢ M. Laurent' Smieszkowicz designatus Collega maior, Filicianus ante aliquot annos Professor, in celebri Patauinorum Gymnasio lauream Doctoralem in Medicina obtinuisset: atque ab Vniuersitate Cracouien' respondendi pro loco inter DD Doctores Medicinæ facultatem impetrasset: die Octaua Februarii Anno 1629 hora Decimaquinta. Lectorii superioris Cathedram conscendit. Exindeque magno uirorum grauissimorum Senatorii et Equestris Ordinis totiusq; Vniuersitatis consessu, breui et accurato Prœmio præmisso; primo quæstionem uere grauem, uereq; difficilem iuxta partem utramque discussit deinde eandem ex ueteri Academiæ instituto V. M. Stanislao Rozycki Contub: Hierosol: Seniori determinandam commisit. Cui haud difficile fuit, iniunctum sibi officium explere: quod et ingenio præstaret et ad eam rem ab Excellᵗᵒ Præsidente præclarissimè instructus esset. Fuit autem Quæstio de natura Scorbuti, ad hoc usq; tempus occulta et incognita: deque eius propria et legittima curatione. Quod malum cum ante maritimas solum Regiones obsideret: iis temporibus iam etiam Regnum hoc crudelissime

diuexare cepit. Qua quidem Quæstione ex fundamentis propriis pluribus conclusionibus per dictum D Respondentem determinata, abindeque corrollariis deductis: luculentam et grauem Excell^s D. Præsidens Orationem cæpit.

In Nomine Domini Amen.

Notata quædam in Medicina de Apoplexia.

Apoplexia est subitanea actionis animalis motus laesionis, cum principatus omnium facultatis lesione abolitio. ob impedimentum in cerebro spirituum in organa motus corporis influxum a vitio spiritus Ideoq; fermentorum et humorum dependens. Apoplexia ratione loci, et gradus dividit in Leuem Gravem et Gravissimam. Leuis est Linea ab interna linea externa deviata, a vitio solius spiritus influentis huc et illuc mota et fermentorum, sic. ligata occasionalis asperata, et facile curata. Gravis est Linea curata in paralysim tria aliud affectus degenerans, et aliqua actionis notabilis spiritui insito Rectori cerebri Medi impressa, vitiata aut etiam nonnisi, et ibi de mortuo periculum minata. Gravissima est in qua in tuto spiritus influus cadaveris sedem in insitus corrumpit, et potius corripit, et ei sibi vicinum et actui assertum ita inmutat, remedijs curam frustrat. qua correpti sed statim moriuntur.

Spiritus est particula salina volatilis ignea lucida salsa, ex purissima sanguinis aut humoris analogi parte secreta, et traduce communicata, et luce radice calcis in trinseta immobiles. Spiritus est ipse Initiet Influx Priores, qui a singulis sic cieri videri individuis sui generis, et traducem propagati plastici Idea in presentes deus quas recipere, mad admodum in prima generatione coalescunt, efformantis ac toto vitae gratione quite et conservant.

Chartam hanc excidere impediunt ad Veritatem probandam, Suius de Libri Artem Medicinae Facultatis dolendis fati Vicibus Voluntam et inuberam eam relinquit connotatam, inter Libros S. et Spectabilis Gabrielis Schefi Med. Doctoris et Professoris Cons. Erud. Viri Vt in Re Literaria Universitatis vita in Metropoli Regni pia memoria ex actibus Leuis meritissimi. ad S. et Sp. Gabrielem M.D. S. deductos. apud Equit. D. Nicolaum Polocki Phis Doctorem in Vrbe Prac. Medicum Scholae S. et Reginam Regiorem Receptam. cum Libro hoc Actorum inter nostrum Facultatis Medicae Proh dolor Vt ex conjectione annorum constat, inuenio. et notationibus ex Lectione de Apoplexia ejus, maculato, Facultatis Medicae restituendam Vt inuenit, censuit.

M. Joannes Zaigelowic M.D. Pol. Polonus

R. mpp.

Anno Dñi 1619 die 21 Octobr: Data est Convocatio à Medicæ Facultatis Decano D: Chrystophoro Naiman ad deliberandum et finaliter concludendum super præcedentia, et prioritate loci D. Doctorum Facultatis Medicæ ad eligendum Decanum, accipiendas horas et lectiones In qua Convocatione unanimi consensu ab omnibus D. Medicis determinatum est; ut D: Doctores Facultatis Medicæ iuxta incorporationem illorum Facultatis Medicæ locum teneant. Cùm enim viderent DD Doctores absurda multa posse oriri, si incorporati denuò Facultati iuvenes Doctores prætextu Magisterij in Artibus in Academia Crac: obtenti antecederent, et exuerent loco Dños antiquos Medicos bene meritos de Facultate et Universitate; Statuerunt et concluserunt ut deinceps incorporati, et incorporandi Facultati Medicæ iuxta prioritatem suæ incorporationis locum in Facultate teneant. In eadem Convocatione est.

electus Decanus excellentissimus Dnus Joannes Mitkowski iuxta ordinem sua incorporationis in Facultate Medica Accepta lectiones et horæ.

Anno Dni 1642 die Veneris 17 Mensis Octobr. Data est Convocatio Facultatis Medicæ, in qua excellentissimus Dnus Franciscus Rolinski Facultati incorporatus prævio iuramento, quod Statuta Facultatis omnia observabit; Acceptæ lectiones, et illarum horæ; Excellentissimus Dnus Gabriel Ochocki Decanq Facultis electq.

Anno Dni 1643 die Sabbato 17 Mensis Octobr. Data est Convocatio per me Gabrielem Ochocki Facultatis Medicæ Decanum. In hac accipiendarum lectionum pro Commutationibus astivis constitutus dies immediatè præcedens Electionem M. D. Rectoris Universitatis Crac: Acceptæ lectiones et horæ pro Commutatione hyberna Excellentissimus Dnus Joannes Mitkowski Decanus Facultatis electus.

In Convocatione Excellentissimus Facultatis Medicæ Anno 1648 ad initium Commutationis hybernæ electus Decanus Gabriel Ochocki Phiæ, Medicinæ Doctor et Professor Consul Cracoviensis, et lectiones acceptæ pro Anno integro.

Anno 1649 die 28 Junij in causa et actione coram Illustrissimo et Reverendissimo Domino Petro Gembicki Episcopo Cracoviensi Duce Severiæ Cancellario Academiæ Cracoviensis occasione præposituræ S. Floriani inter Illustres et Admdus Dnos DD. Sigismundum Grigierowic et Stanislaum Jurkowski vertente. Cum iudicarent iam causam cum Illustrissimo Cancellario Decani Facultatum. Orta erat controversia ex parte Decani Medica Facultatis, nimirum illum non pertinere ad iudicia beneficialia, cum in ordinatione non sit nominatus è contra Decano allegante usum iudicandi, et probante aliquot exemplis. Decretum est pro Decano Medicæ Facultatis illum nimirum conservari circa usum, Talem in petitorio, cui de iure competierit. Notandum verò antequam hoc decretum ex controversia esset latum, obtinuerat pars in absentia Decani decretum, quo Decanus Facultatis Medicæ erat reiectus à iudicijs. In sequenti verò termino, cum iura Decani Facultatis Medicæ allegaret, et ex decreto ea produceret, decretum supra scriptum erat, latum, et controversia, non obstante Decreto ante lato in absentia Decani Facultatis Medicæ. Et cùm partes ad Illustrissimum D. Nuntium Apostolicum appellassent, respectu et istius puncti, et alius, non est retractatum, sed cum tota causa à Judicijs, Illustrissimi Nuntij Apostolici ad Illustrissimum Academiæ Cancellarium est remissa facta.

Anno 1649 die 25 habita Convocatio Facultati Medicæ, in qua lectiones accepto pro hyberna commutatione; et in Decanum Facultatis electus est Excellentissimus Dnus Franciscus Rolinski Medicinæ Doctor et Professor Consul Cracoviensis.

Anno 1653 die 14 Januarij post pestilentiæ facultatem congregata Universitate habita est Convocatio Facultatis Medicæ, et in Decanum Facultatis electus est Excellentissimus Dnus Gabriel Ochocki Phiæ et Medicinæ Doctor et Professor Cons: Crac:

Anno 1658 die 5 Novembris in Convocatione inclytæ Facultatis Medicæ electus est in Decanum ejusdem Facultatis M. Joannes Jonski Juris utriusq et Medicinæ Doctor ac Professor ordinarius. In eadem Convocatione lectiones à DD. Professoribus salariatis acceptæ pro Anno integro.

Anno Dni 1659 die Veneris 31 et ultima Mensis Octobr: post prandium horâ 19 in hypocausto Maioris Collegij ad signum Campanæ, data est Convocatio pro electione Facultatis Medicæ novi Decani annui, tam pro commutatione eiusdem anni hyberna, quàm pro æstiva futuri Anni 1660, electus est in eadem Convocatione in Decanum Medicæ Facultatis præsens Excellentissimus Petrus Mucharski Artis Liberalis Magister Phiæ et Medicinæ Doctor Professor et Anatomicus Serenissimi quondam Vladislai IV Physicus Privilegiatus.

In eadem Convocatione lectiones à Dnis Professoribus salariatis acceptæ p Anno integro.

Mensis 8bris die 15 S Hedvigi Sacro data est Convocatio secundum usitatam consuetudinem in Statuto Medicorum descriptam in Maiori Collegio Electus in Decanum Excellentissimus ac Spectabilis Dnus Gabriel Ochocki Phiæ et Medicinæ Doctor protume Consul Cracoviensis, et lectiones acceptæ sunt à Dominis Professoribus.

Anno Dni 1667 die 15 Januarij post sedatam pestilentiæ grassantis tempestatem congregata Universitate habita est Convocatio inclytæ Facultatis Medicæ, in qua Excellentissimi Dni Doctores et Professores unanimibus votis suis Decanatum eiusdem inclytæ Facultatis Medicæ iuxta ordinem præsenti in Convocatione contulerunt Excellentissimo Dno Hyacintho Zopacki Phiæ et Medicinæ Doctori et Professori Consuli Cracoviensi.

Anno Dni 1668 post dilatam Convocationem die S. Hedvigis dari solita propter ægritudinem Clarissimi Viri, quem Decanus inclytæ Facultatis Medicæ ex ordine concernebat, data est Convocatio, videlicet 29 Octobris ad eligendum Decanum annuum, accipiendas lectiones, et consultandum, an expediat, substituere Medicæ Facultati non incorporatum, ad prælegendas lectiones in locum Clarissimi ac Excellentissimi Domini Gabrielis Ochocki Phiæ ac Medicinæ Doctoris, et Professoris Consulis Cracov infirmam valetudinem habentis: in qua Convocatione concordibus votis elegerunt in Decanum Clarissimum ac Excellentissimum Dnum Gabrielem Ochocki Phiæ et Medicinæ Professorem Con: Crac: lectiones à Dnis Professoribus acceptæ, et permissum inhærendo exemplis aliorum, Excellentissimo Dno Gabrieli Ochocki Phiæ et Medicinæ Doctori Filio Clarissimi Viri pro Suo Parente legere.

Anno Dni 1676 die 3tia Novembris Data est Convocatio à Medica Facultatis Decano Clarissimo Dno Hiacyntho Zopacki post prandium hora 19 in hypocausto Maioris Collegij, ad audiendam petitionem Clarissimi Domini Joannis Wosinski Phiæ et Medicinæ Doctoris Consulis Crac: Medicæ Facultati se incorporari postulantis, ad eligendum novum Dnum Decanum Medicæ Facultatis annum, tum ad accipiendas lectiones. In qua Convocatione dato loco eidem conclusum, quod primum Clarissimum Dnus Wosinski prævio iuramento Medicæ Facultati esse incorporandum prout eodem præstito iuramento, acceptus est, incorporatus est. Quod secundus Unanimi consensu secundum præscriptum Statutum, electus est in Decanum annuum prædecessum Clarissimus Dnus Joannes Farczynski. Quod 3tius lectiones ab ijsdem Clarissimis Dnis Doctoribus iuxta dispositionem Statuti acceptæ sunt.

Anno Dni 1679 die verò 6 Novembris data fuit Convocatio DD. Clarissimorum Professorum Facultatis Medicæ, tum ad eligendum Dnum Decanum, tum ad lectiones accipiendas, in qua quidem Convocatione ad pulsum Campanæ in hypocausto

Maioris Collegij hora post meridiem secunda congregata ex unanimi omnium consensu electus est in Decanum ejusdem Facultatis Medicæ Excellentissimus Stanislaus Słowakowicz Phiæ et Medicinæ Doctor ac Professor Consul Cracoviensis, lectiones quoq; iuxta obtemperantiam Statutorum acceptæ sunt.

Anno Dñi 1681 die 20 Octobris data est Convocatio á Clarissimo Dño Stanislao Słowakowicz Medicæ Facultatis Decano post prandium horâ 2dâ in hypocausto Maioris Collegij ad eligendum novum Dnum Decanum Medicæ Facultatis et electus est ex voto unanimi omnium Clarissimorum DD. Professorum in Decanum Facultatis Medicæ Clarissimus Stanislaus Wosinski Medicinæ Doctor et Professor Consul Cracovien.

Anno Dñi 1682 die 15 8bris data fuit Convocatio inclytæ Facultatis Medicæ in hypocausto Maioris Collegij ad eligendum annuum (ut volunt Statuta) Decanum, ad lectiones accipiendas, tum ad colloqvendum de ijs, qvæ pro bono Medicæ Facultatis dicenda videbuntur; in qva quidem Convocatione electus est in Decanum Clarissimus et Spectabilis Dnus Hiacynthus Zopacki Medicinæ Doctor ac Professor Consul Cracoviæ, lectiones qvoq; á Dñis Professoribus acceptæ sunt.

Anno Dñi 1683 die 15 8bris Clarissimus et Spectabilis Dnus Hiacynthus Zopacki Medicinæ Doctor ac Professor Consul Cracoviensis convocavit inclytam Medicam Facultatem ad eligendum Dnum Decanum, et ad lectiones annuas accipiendas; in qva quidem Convocatione obtigit Decanatus per descensum (ut Statuta disponunt) Clarissimo Dño Stanislao Słowakowicz Phiæ et Medicinæ Doctori ac Professori Consuli Cracoviæ, lectiones qvoq; pro integro anno acceptæ sunt.

Anno Dñi 1684 die 6 Novembris data fuit Convocatio inclytæ Facultatis Medicæ in hypocausto Maioris Collegij ad eligendum novum Decanum, et ad lectiones accipiendas, in qva Convocatione unanimiter elegerunt Decanum Facultatis Medicæ Clarissimum Stanislaum Wosinski Medicinæ Doctorem et Professorem Consulem Cracoviensem, lectiones qvoq; iuxta Professiones ad legendum acceptæ sunt.

Anno Dñi 1685 die 10 Novembris data fuit Convocatio Facultatis Medicæ in Stuba ordinaria Maioris Collegij ad eligendum annuum D. Decanum eiusdem Facultatis Medicæ, tum ad lectiones accipiendas, in qva quidem Convocatione electus est in Decanum Clarissimus et Spectabilis Dnus Hiacynthus Zopacki Medicinæ Doctor et Professor Consul Cracoviæ, lectiones qvoq; pro anno integro acceptæ sunt.

Anno Dñi 1686 die 17 8bris data fuit Convocatio Facultatis Medicæ in Stuba ordinaria Collegij Maioris ad eligendum annuum Dnum Decanum eiusdem Facultatis Medicæ, tum ad lectiones accipiendas, in qva quidem convocatione electus est in Decanum Clarissimus et Spectabilis Dnus Stanislaus Słowakowicz Medicinæ Doctor et Professor Consul Cracoviensis, lectiones qvoq; pro anno integro acceptæ.

Anno Dñi 1688 die 3 Januarij; data fuit Convocatio inclytæ Facultatis Medicæ in hypocausto communi Maioris Collegij, ad eligendum novum Dnum Decanum, et ad lectiones accipiendas; in qva Convocatione electus est in Decanum Clarissimus, et Spectabilis Dnus Stanislaus Wosinski Medicinæ Doctor et Professor Consul Cracoviensis lectiones qvoq; iuxta professiones ad legendum acceptæ sunt

Anno Dñi 1688 die 10 Julij data fuit Convocatio per me Stanislaum Wosinski Facultatis

Medicæ Decanum ad audiendam petitionem Excellentissimi Dñi Joannis Dzidowski Phiæ Doctoris et Professoris in ordine ad capessendam Lauream in Medicina Doctoralem nec non ad videndam authoritatem speciali Illustrissimi et Andissimi DD Joannis de Malachowice Episcopi Cracoviensis Academiæ Cancellarij emanata assignavi tempus futuri examinis ad unum punctum post institutam petitionem pro Excellentissimo Dño Dzidowski unanimiter consenserunt Clarissimi Domini Doctores annuendū esse petitioni: ad 2dum produxi literas seu Procancellariatum in personam meam, quibus literis perlectis, consenserunt Clarissimi Viri aperiendum esse examen post Festum S. Bartholomæi.

Anno eodem die 31 Augusti data est Convocatio ad aperiendū Examen Excellentissimi Domini Dzidowski Phiæ Doctoris et Professoris Punctaq; eidem pro futuro Examine assignanda, in ordine ad capessendam Lauream in Medicina Doctoralem, Jentamē itaq; est institutum, et puncta duo sunt tradita Excellentissimo Dño Medicinæ Candidato, unum Theoricum, alterum practicum, et casus propositus pro futuro Examine; hæc expedivit die 1 Septembris, tandem alia puncta proposita sunt eidem, et casus à Clarissimo Dño Zopacki Medicinæ Doctore et Professore. Ultimò die 3 Septembris: post decisionem puncta eidem proposita sunt, nova Puncta alia et casus à Clarissimo Dño Stowakowicz Medicinæ Doctore et Professore, quæ die 11 Septembris recitavit et Clarissimi Viri oppugnaverunt; tandem incipiendo ab illo, qui puncta et casum proposuit.

Anno eodem die 12 Septembris in hypocausto aperto Maioris Collegij Excellentissimus Dnūs Dzidowski fecit professionem fidei, breviissimè tandem à me laūdatus, ultimò contuli ipsi licentiam doctorandi, ipse verò iuramentum super Statuta fecit, et pro Gratia eidem præstita gratias egit, Promotor tandem est assignatus Clarissimus D. Stowakowicz Medicinæ Doctor et Professor.

Anno eodem die 25 Octobris Clarissimus Dnūs Stowakowicz Medicinæ Doctor et Professor in selectissima hospitum coronâ, præmissa invocatione S. Spiritūs, et oratione in laudem Medicinæ, insignia Doctoratūs eidem Excellentissimo Dño Dzidowski Medicinæ Licentiato contulit, ipse verò Excellentissimus Dnūs Doctor noviter creatus gratias instituit.

Anno Dñi 1690 non fuit data convocatio ad eligendum Dnūm Decanum Medicæ Facultatis, sed Clarissimus Dnūs Hiacynthus Zopacki Medicinæ Doctor transmisit Librū et Sigillum Decanale Cl. Stanislao Stowakowicz Medicinæ Doctori per Bedellum die 14 Martij accedente ad id meo consensu in absentia Cl. Wosinski Medicinæ Doctoris ad Comitia Regni protunc ablegati.

Anno Dñi 1691. die 22 Januarij data fuit Convocatio inclytæ Facultatis Medicæ in hypocausto Collegij Maioris ad eligendum novum Dnūm Decanum, ad lectiones accipiendas tum ad legendas literas ab Illustrissimo et Excellentissimo Dño Palatino Terrarum Prussiæ, Supremo Exercituum Regni Duce ad Medicam Facultatem scriptas pro N. Rhaynayd Medico Chirurgo, in qua convocatione electus est in Decanum Clarissimus Dominus Stanislaus Wosinski Medicinæ Doctor, lectiones iuxta Professiones ad legendum acceptæ sunt, literæ perfectæ.

Anno Dñi 1691 die 25 Januarij data fuit Convocatio per me Stanislaum Wosinski Facultatis Medicæ Decanum, ad audiendum petitum N. D. Petri Rhaynayd Medici Chirurgi in Ordine ad obtinendam Lauream Doctoralem in Medicina, assignandaq; eidem puncta pro futuro Examine, pravio tentamine conclusum, annuendum esse petitioni N. Rhaynayd.

tentamen absolutum et puncta eidem assignata.

Anno Dñi 1693 die 5 Septembris data fuit Convocatio per me Stanislaum Wosinski Facultatis Medicæ Decanum, ad legendum Privilegium Doctoratûs Clarissimi Dñi Stanislai Zopacki M.D. in ordine ad futuram Deo volente responsionem; quod quidem privilegium perlectum et optimum inventum est.

Anno Dñi 1693 die 15 8bris data est Convocatio à Clarissimo et Excellentissimo Domino Stanislao Wosinski Medicæ Facultatis Decano Consule Cracoviæ &c. Secretario post prandium horâ primâ in hypocausto Maioris Collegij ad audiendam petitionem Clarissimi Dñi Stanislai Antonij Zopacki Phiæ et Medicinæ Doctoris Medicæ Facultati se incorporari postulantis; ad eligendum novum Dñum Decanum Medicæ Facultatis annuum, tum ad accipiendas lectiones, in qua Convocatione dato loco ejdem, conclusum Clarissimum Dñum Zopacki prævio iuramento receptus et incorporatus est, et in Decanum unanimi consensu secundum præscriptum Statutum electus est idem Clarissimus Dñus Stanislaus Zopacki, lectiones etiam ab ijdem Clarissimis Dñis Doctoribus acceptas sit.

Anno Dñi 1692 die 5ma Martij data est Convocatio à me Stanislao Antonio Zopacki Medicæ Facultatis Decano, ad audiendam petitionem Excellentis Dñi Martini Rogozewicz, et Dñi Thomæ Francisci Orminski Phiæ Doctorum, Lauream Doctoralem in Medicina assequi volentium, tum ad aperiendum illis examen prævio tentamine, quantum ad 1mum exaudita petitione consenserunt omnes Clarissimi Dñi Doctores annuendum esse petitioni; quantum ad 2dum dies 8 Martij pro tentamine assignata, post quod tentamen puncta tradentur ipsis ad decidendum, casusq; proponetur.

Anno eodem die verò 23 Martij data fuit à me Facultatis Medicæ Decano Convocatio ad finiendum examen Excellentium Dominorum Medicinæ Candidatorum tum eligendum Promotorem. Ad 1mum felicem imposuerunt suo examini coronidem Excellentes Dñi Candidati; Quantum ad 2dum dilata est Convocatio usq; post Licentiaturam, quâ absolutâ per Clarissimum Dñum Procancellarium, Dñus Stanislaus Wosinski Medicinæ Doctorem die 25 Martij; ad electionem Dñi Promotoris deventum est, circa quam electionem, quia multa solebant esse dissensiones, uti et in ista, erant Convocatione ita, ut ad Magnificum Dñum Rectorem debuimus ire, in cuius præsentia assignatus, electusq; est Promotor Clarissimus Dñus Stanislaus Wosinski Medicinæ Doctor Consul Cracovien, et nè in posterum id fiat, in præsentia ejusdem Mgci Dñi Rectoris consentiente ad id Medica Facultate conclusum est, ut per descensum eligat Promotor, sicut in alijs fit Facultatibus, res inter duos conclusa.

Anno eodem die verò 19. Mensis Aprilis Clarissimus Dñus Stanislaus Wosinski Medicinæ Doctor Consul Cracoviensis in frequentissima hospitum corona Excellentissimis Dominis Licentiatis Martino Rogozewicz et Thomæ Orminski Doctoralia insignia contulit.

Anno Dñi 1693 die 23. Februarij data fuit Convocatio per me Stanislaum Antonium Zopacki Medicæ Facultatis Decanum ad eligendum novum Dñum Decanum, et audiendâ petitionem Clarissimi Dñi Joannis Dzidowski Phiæ et Medicinæ Doctoris Medicæ Facultati se incorporari postulantis. Quantum ad 1mum electus est in Decanum secundum Statuta Clarissimus Dñus Hiacynthus Zopacki Phiæ et Medicinæ Doctor Consul Cracovien. Quantum ad 2dum prævio iuramento, et exaudita petitione Clarissimus Dñus Dzidowski Facultati Medicæ est incorporatus

Anno Dñi 1694 die verò 3 Decembris M. Stanislaus Słowakowicz Phiæ et Medicinæ Doctor et Professor Simplicium Ordinarius, ac interim Medicæ Facultatis Decanus convocavit inclytam Medicam Facultatem ad eligendum novum Dnum Decanum, et ad lectiones accipiendas; est itaq; electus Clarissimus Dnus Antonius Zopacki Medicinæ Doctor ac Professor, lectiones quoq; suo ordine acceptæ.

Anno Dñi 1695 die 16 Aprilis data fuit Convocatio per me M. Stanislaum Antonii Zopacki Facultatis Medicæ Decanum ad legendum privilegium Clarissimi Dñi M. Joannis Zaiączkowicz Medicinæ Doctoris ad futuram responsionem necessarium, quod per lectum optimum est inventum.

Anno Dñi 1695 data fuit Convocatio à me M. Stanislao Antonio Zopacki Facultatis Medicæ Decano ad audiendam petitionem Clarissimi Dñi Joannis Zaiączkowicz Medicinæ Doctoris Facultati Medicæ se incorporari postulantis, in qua Convocatione prævio iuramento de manutenendis Statutis Medicæ Facultatis, eidem Facultati Clarissimus Dnus Zaiączkowicz incorporatus est.

Anno eodem die 25 9bris data fuit à me Facultatis Medicæ Decano M. Stanislao Antonio Zopacki Convocatio ad eligendum Dnum Decanum et accipiendas lectiones, in qua dato loco ejdem, quantum ad me attinet licet concernebat Decanatus Clarissimus Dnus Dzidowski per descensum sed quippe palam liberè ac sponte cessit ut suo loco Clarissimo Dño Zaiączkowicz, itaq; electus est in Decanum Clarissimus Dnus Zaiączkowicz conclusumq; ut post prædictum Clarissimum Dnum Zaiączkowicz per descensum sem per eligatur in Decanum Clarissimus Dnus Dzidowski et lectiones acceptæ à Dominis Doctoribus.

Anno Dñi 1696 15. Octobris data fuit Convocatio per me M. Joannem Zaiączkowicz pro tunc inclyta Facultatis Medicæ Decanum ad consultandum de punctis quibusdam bonum et honorem publicum Almæ Universitatis et inclytæ Facultatis Medicæ concernentibus, tum ad eligendum Dnum Decanum ejusdem Facultatis et ad accipiendas lectiones, in qua dato loco ejdem ex unanimi consensu proposita sunt puncta et conclusum ad.

Statuta Metriculam et Acta lacera, et deficientia reparanda, ad quod conclusum, et pro his obtulit sumptum M. Joannes Zaiączkowicz Facultatis Decanus.

Acta ordinatè et seorsim scribenda ad quælibet proposita puncta ad normam Universitatis et aliarum Facultatum quod conclusum.

Statuta antiquiora Medica Ani 1433 quæ hic non sunt, quàm recentiora omnia et conclusiones Facultatis colligenda, et in unum conscribenda meliori ordine, et in unum redigenda. Quod conclusum ad inventa authentico inter privilegia Almæ Univ. Cracs.

Formæ actuum quorumvis Facultatis ad normam aliarum usitatæ habeantur et referadi

Revisio Pharmacopœarum procuranda, et de ea Statutum, quod forma fert à pluribus annis Serenissimi Regis esse quærendum, ad quod conclusum, recurrendum esse ad iudicia S. R. M.

Chirurgi et Pharmacopolæ à curationibus cum damno patientum arcendi, et media ad hæc impediendum, procuranda. Conclusum recurrendum esse ad S. R. M. quod verè Religiosos attinet, in eo ad Generales et Superiores eorum recurrendum.

Cum sub pœna excommunicationis iuxta Statuta teneantur Doctores ac Professores Medici advertere, nè Medici quivis sine prævio examine et licentia à Collegio Universitatis Medico practicare audeant, quod cum maximo periculo sanitatis et vitæ ægrorum ac enormi læsione publici honoris sæpè contingit, ad quod punctum deliberatum, conclusum tamd ut eorum errores in receptis Judicis diligenter notentur et de ijs moneantur. Ado in vivolatores Monasteriorum, sine seniorum Ordinariorum consensu serio animadvertatur.

Doctores Medicinæ ex exteris redeuntes ad 3tiu annorum spatium cum senioribus Medicis Praxi studeant, et post examen in Facultate et approbationem practicent.

Conclusum de Decanatu, qui collatus est Clarissimo Dño Joànni Stanislao Dzidowski Medicinæ Doctori et Professori. Lectiones quoq; pro anno sequente acceptæ sunt.

Anno Dñi 1697 15 Octobris data fuit Convocatio per me Joànnem Stanislaum Dzidowski ejusdem Facultatis Medicæ Decanum ad eligendum Dnum Decanum et Lectiones accipiendas in qua dato loco eidem ex unanimi consensu electus est Clarissimus Dnus Hiacynthus Zopacki Consul Cracoviensis, lectiones quoq; suo ordine acceptas.

Anno Dñi 1698 15 Octobris data est per me Hiacynthum Zopacki Inclytæ Facultatis Medicæ protunc Decanum Convocatio ad eligendum annuum Decanum et accipiendas lectiones, in qua dato loco eidem ex unanimi consensu electus est Clarissimus ac spectabilis Dnus Stanislaus Nowakowicz Medicinæ Doctor et Professor Consul Cracoviensis, lectiones quoq; pro anno integro acceptæ sunt.

Anno Dñi 1699 die Octobris Stanislaus Nowakowicz Inclytæ Facultatis Medicæ protunc Decanus dedit Convocationem, ad eligendum annuum Decanum, et accipiendas lectiones, in qua per descensum electus est Clarissimus et Spectabilis Dnus Stanislaus Zopacki Medicinæ Doctor et Professor Consul Cracoviensis lectiones quoq; pro anno integro acceptæ sunt.

Anno Dñi 1699 die verò 2 Octobris creavimus novum Dnum Doctorem Medicinæ nempe Perillustrem et Reverendissimum Dnum Nicolaum Franciscum à Zalno Zalinski Canonicum Gnesnensem et Culmensem Decanum Neotichensem S.R.M. Secretarium, Pronotarium Apostolicum, et quia non ad Cathedram, nec in ordine ad praxim exercendam, sed in ordine ad capessendum certum Canonicatum Doctoratum Medicinæ fundatum procuravit Doctoratum in Medicina, idq; ad instantiam, et in Nomine Eminentissimi Dñi Michaëlis Stephani Radzieiowski S.R.E. Cardinalis Archiepiscopi Gnesnensis Primatis Regni, Primiq; Principis ideò scrupulosè, non fuit tentatus, nec examinatus, sed una et altera ab unoquoq; Nostrum interrogatiuncula (ex 1 textu Avicennæ Doctrina 4 de humoribus, et ex Aphor: 22 Sect: 1) absolutus et licentiatus tandem fuit die verò ut supra à me Stanislao Nowakowicz Medicinæ Doctore et protunc Decano Doctor Medicinæ renuntiatus in Stuba Collegij Maioris in assistentia Clarissimorum DD. omnium Facultatis Doctorum et Professorum, nec non Nobilissimæ Juventutis ex Scholis Novodvorcianis adhuc actum dimissa refectionem quoq; saccaritiam et potum dictum Petercimentz privatim pro Clarissimis Dñis Doctoribus Medicæ Facultati incorporatis, apposuit in Residentia Perillustris et Admodùm Rndi Dñi Petri Praezlewicz Collegæ Maioris S. Th: Doctoris et Professoris . Convocatio hic non inscripta

Anno Dñi 1703 9 Novembris cum ex legitimis causis 15 Octobris consentiente Facultate Medicæ citiùs fieri non potuit, data fuit Convocatio per me M. Joannem Zaiączkowicz protunc Inclytæ Facultatis Medicæ Decanum ad tractandaq; ad honestum commodum ac utilitatem Facultatis spectare videbantur; tum ad eligendum Clarissimum Dnum Decanum ejusdem Facultatis et accipiendas lectiones in qua dato loco ex unanimi consensu eidem Convocationi junctæ propositaeq; dem dilata in Decanum Facultatis electus Clarissimus Dnus Joannes Dzidowski Medicinæ Doctor et Professor Consul Cracoviensis et lectiones acceptæ sunt.

Anno Dñi 1702 25 8bris data fuit Convocatio ad eligendum Clarissimum Dnum Decanum Facultatis Nostræ Medicæ, in qua secundum Statuta Nostra electus est.

Clarissimus Dnús Josephus Czeckiewicz Phiæ et Medicinæ Doctor et Professor Consul Cracoviensis in Decanum, lectiones quoq; acceptæ à Clarissimis DD. Doctoribus secundùm Professiones.

Anno Dni 1704 12 Mensis Martij data, sed propter absentiam Clarissimorum DD. Doctorum dilata, ac tandem eodem anno 10 Aprilis renovata à Clarissimo ac Spectabili Dnó M. Stanislao Zopacki Medicinæ Doctore et Professore, ad instantiam Clarissimi et Spectabilis D. M Joannis Zaiączkowicz Medicinæ Doctoris et Professoris in hunc modum Convocatio.

Clarissime et Excellentissime Dnè Doctor, adesse dignetur Clarissima et Excellentissima Dominatio Vestra hodie horâ prima post meridiem in hypocausto communi Collegij Maioris ad audienda certa Puncta per Clarissimum Dnum M. Joannem Zaiączkowicz Medicinæ Doctorem et Professorem proponenda, consultandumq; super illis (siquidem in priori Convocatione nihil actum est, et illa honorem ac bonum Facultatis Medicæ concernunt) tum et ad alia, si quæ proponentur. Deturq; Clarissimis et Excellentissimis Dominis Doctoribus Inclytæ Facultati Medicæ incorporatis tantùm, ex parte Decani Medicæ Facultatis; in qua Convocatione dato loco eidem ex unanimi consensu cum hac brevi præfatiuncula proposita sunt Puncta à Cl. D. M. Joanne Zaiączkowicz Medicinæ Doctore et Professore in hæc verba. Fatis regi orbem, fatis subijci imperia, rerumq; vices non ex Sibyllinis foliis, sed ex nostris malis (quæ vix non lachrymis scribimus) vel inviti legimus Cl. DD. in ea incidimus tempora, ubi ferrum mures rodunt, et veritatis sinceræ literatorumq; studia inter impudentis garrulitatis cassos, ad imperitorum Tribunal evocata, inconsulta opinionum libertate vexantur, iamq; ipsi Genitæ Manæ Fasti celebrari videntur ad quam nequis probus nasceretur, viveretq; (veluti prohibito virtutis impendio) suscipiebantur vota, vigesimus iam vertitur annus, qui me ab exteris post vix non decem annorum cursum, reducem in Patriam voluit, in illud studium traxit, quod et amor honoris Almæ Universitatis publici, et fidelis, quantum ex tenuitate virium par erat institutionis prompta voluntas, non invito impressit, solatamq; in bene merendi de bono publico venium, mentem; non vano illicio intimiùs accendit; sed malignantibus fatis, licet lentissimis humanitatem per ora loquentium commendâssent verbis, erumpente inexpectata tempestate, facunditatem optimæ voluntatis, nescitur, quibus secretionibus modis eorum vis absumpsit, ac inter amicitias, quas amoris et sanguinis intempestivus cogit nexus vix non extinxit, atq; eum quod in verborum lenocinijs erat agrè tandem imperaretur, et pacti fœderis conditionem non licuisset implere, aquion antheo rerum hominumq; varias vices liceret, et tristem exitum contemplari; quare cum per hanc vicissitudinis sævitiem nefas citiùs erat, tandem 1695 in Aprili per responsionem publicam adscitus sum, ac deinceps Facultati brevi post Decanus à DD. faventibus anno 1697 21 Novembris votis reducta iuxta Statutorum antiquorum conditionem in orbitam Decani electione, quando soli meliùs aliquid egisse non licuit, licuit saltem deiecta Facultatis Medicæ et fatorum in eam conspirantium atrocitatem demirari et delere ac tandem inter has luctas post Convocationem 1696 15 Octobris, cum tempus et ratio Statutorum iussisset exesse, difficillimè, in restituendo Facultatis honore laborâssem, ut quondam ita 1700 18 bris communibus votis in Decanum relectis, tantæ rei Medicæ et meæ infelicitati indolens ipsi fortunæ iniuriæ gratias agere videbar, quæ viennem famam extulit sui inclementiâ et molesta venientis moræ temporis contumaciâ prosequem.

ac quod peius est fanaticum quoddam in boni Studium robur, et pudendam libertatem, sed tandem habito rerum ad inclytam Medicam Facultatem humanius et per mille modos extorto spectantium vestigio in presenti Convocatione VV. Q et Sp. DD inuitauit cum fortuna malitiam non licuit vindicare, saltem sui ipsius sævitiei immemor communi labore, qui viribus nostris suppar est, squallorem Diva Medicina interspersum destituta nativa pulchritudine deponat, ac huius præstantissimæ scientiæ refluo vigore, ipsam sui nostriq; naturam oblitam doceat, ut tandem aliquando novercantis genij in mille neces luxuriantis pronum ingenium dediscat, perpetuamq; serenitatem in observatione dandorum punctorum, et optimorum in nostris studijs perennem dierum inducat voluptatem: Et hæc puncta in Convocatione proposita, nè in moram traderentur, aut dispenirent M. Joannes Zaiączko uice MDD., et ut in scribendis Convocationibus iuxta Universitatis et Facultatis normam restitueret manu propria inscripsit.

Juxta Statuta Decanus sit præsens Cracoviæ, et alia circa eundem ritè observanda, et aliis in omnibus bene præsit, errores corrigat, et lectiones legat.

Convocationes Facultatis Medicæ cum debito ordine et authoritate fiant.

Lectiones in Convocationibus cum debito ordine et modo accipiantur, quarum in Convocatione preterita nulla mentio facta, et anno preterito, et nunc intermissæ et neglectæ.

Lectiones iuxta antiquum morem accipiantur, acceptæ sigillatim, et quam quis Clarissimorum Professorum acceperit specificandæ, et inscribendæ, ac debito tempore legendæ, nec indebitis occasiones non legendi prætexendæ iuxta erectionum ordinationes legantur, non ad proprium lubitum cum opprobrio Facultatis, et occasione probrosarum Intimationum, sub privatione vocis activæ, et passivæ, nisi morbus excuset.

Excisarum in Statutis chartarum ratio inquiratur et reddatur, quare et sub cuius Decanatu hæc facta sunt sub iurata fide, cum hoc scandalosissimo et pessimum sit.

Conclusiones et acta in aliquibus locis meliùs et comptiùs reformentq; et corrigantur

Cum in Statutis nostris convivia optima ratione prohibita sint, et in conclusionibus Universitatis circa incorporationes in Collegia moderentur, atq; ut D. Augustinus dixit melior sit cibus mentis, quam ventris, id quod hæc inania gulæ oblectamenta cum scandalo publico expendi debet ad augendum Medicæ Facultatis (qui aliquando fuit, et nunc suppressus) thesaurum, et salaria DD. Professorum supplenda, contribuatur.

Liber Statutorum Nostræ Facultatis, qui in Stuba Collegij Maioris debebat esse antiquissimus, et Professionum tam ordinariarum, quam extraordinariarum inquirantur erectiones et ordinationes, ex quarum ignorantia, et notitia denegata aut neglecta et moram protracta maximum Facultati ortum est ab immemorabili tempore damnum

Census ex Zuppis, Conventu Tynecensi etc etc Summarum ex thesauro Facultatis in rem Universitatis et necessitates conversarum, et prima ordinationes ab Universitatis Clarissimo Procuratore et cum post meas requisitiones in longum trahere promissis, ad M.D. Rectorem, qui iam privatim de hoc interpellatus, et de puncto rogatur Facultatis instantia fiat, quatenus et dictorum ita omnium, quæ quocunq; modo ad Facultatem spectant ex Conclusionibus Universitatis copia facilius concedatur.

Ut locationum dictarum Facultatis Summarum, et villarum emptarum circumstantia Facultati Medicæ notificentur.

Fiscus tam promovendorum, quam incorporandorum iuxta debitam aliarum Universitatum et Facultatum in nostra Universitate normam constituatur, nè actus præiudiciosi, et honori Facultatis, et alijs Professoribus irrepant. Et si qui pauperes

digni et benemerti doctorari velint, misericordia et compassione indigentiæ eluctu ad actus virtutis adiuventur.

Ad Facultatem ut plenior sit Facultas, et cum maiori gravitate et consilii res Facultatis agatur, admittantur DD. Medici, qui ad modum Iuridicæ Facultatis et Theologicæ Baccalaureorum modo ad consilia et limitata aliqua, tamen potestate, ut in dictis Facultatibus) in Facultate conferenda, licet necdum responsionem absolverit pro loco advocati Facultatem orent.

Statutum de examinandis DD. Doctoribus alibi promotis propositum sub Decanatu meo Anno Domini 1690 31 Octobris, et cum Summo Professorum damno dilatum et neglectum, reassumatur, ut calumniis, temeritati, et manifestis ex non bona medicamentorum et remediorum applicatione necibus occurratur, et recursus ad Mficum Rectorem, et si opus Illustrissimum et Rndissimum Cancellarium, et quo melius de iure venerit recurratur, ne per famam, quæ Salina vulgi est honor Facultatis laceretur, et aperta neues fiant, iuxta Statutum primum anni 1433 23 Mensis Februarij Sancitum.

Consultationum circa ægros debitus constituatur modus, quo honori Medicinæ Professorum, et securitati ægrotorum consulatur, rixæ et contentiones ut fama sert publica compescantur, fiantq; iuxta Statutum 1433 numero decimo, et omnia tam circa consultationes, quam circa curationes, cum debito respectu et authoritate sobrie fiant.

Advenæ, et Circulatores a manifesto necis exercitio arceantur et Pharmacopolæ a curationibus et Chirurgi, præcipue Religiosi, qui Medicorum curationes corrigunt, clandestine subintrant, pro affectibus cum periculo abortus medimenta cum scandalo exhibent contra expressum breve Apostolicum Anni 1632 29 Augusti Urbani VIII Pontif. Maximi Posnaniæ publicatum quod authenticum requirendum ab Officio, et si opus fuerit a Sede Apostolica implorandum. Quibus pro iurata fide Facultas diligentiorem apponat manum cum assistentia Mfici Rectoris iuxta Statuta.

Dispensatorium Collegij Cracovie Medici pleno Collegio instituatur, quo tot Receptorum per libros, quibus immunens scatent erroribus, Salutis ægrorum securitati, debito Ordinationum modo, Pharmacopœorum damnis, et honori Collegij maxime provideretur.

Revisio Pharmacopœarum per rescriptum regium procuretur, et ea simul, quæ ad honorem, et bonum publicum inveniri possunt adiungantur omni meliori, et efficaciori modo.

Anatomicæ exercitium ad normam exterarum Universitatum suo tempore procuretur, quod mihi manu Stipulata a multis Illustrissimis et Mficis Palatinatûs viris in Comitiolis effectuandum declaratum, iamq; effectuatum fuisset, nisi ingens rerum calamitas præsens obicem posuisset.

Pharmacopœa Universitatis et Facultatis, si posset (consideratis modis et mediis debitis, quod a Viro quodam magno insinuatum, et nisi calamitas temporis impediret sumptu ejusdem proprio enigeretur) ordinari, ordinanda.

Collegium Pharmaceuticum, et Chirurgicum more aliarum Universitatum, Pharmacopœis et Chirurgis proponendum.

Litteræ cum Subscriptione Regia et Sigillo, Universitati et Facultati ignominiose a Perillustri et Admodum Rndo Dno Projecki illi sub Rectoratu eiusdem reddito nomine Facultatis ad revidendum, a tribus ferè annis requirantur. Projecki

Conclusiones et acta et alia omnia Facultatis ordinatè scribantur in Rapsularijs in libros abhinc eleganter transcribi curentur pulchro et ordinato charactere, chartam

autem Decani vel Protomedicus, aut omnes Doctores subscribant.

Ab Universitate amore honoris Dei, et publici boni, ex qua quisq; iurat se publicæ promoturum bonum Universitatis impetrandum, et tractandum seriò quoris prouidiu ejusdem, ut unum contubernium destinetur in quo Senior Medicinæ et Philosophiæ (quia nisi hæ iungantur, inutilis omnis labor est, qua vera et fundamentalis sit ex veris fundamentis) Statuatur, Studiosus, et ad gradum dispenendus, tum in eodem Studiosi Medicinæ sustententur, quo non tantum Regni totius more aliarum nationum, sed etiam omnium Universitatis Collegiorum Professorum Saluti, et commodo maximè providebitur.

Forma Privilegij Medici Doctoratus necessarij ordinetur, et scripta in albis more aliarum Universitatum et Facultatum habeatur.

Festivitatis S. Luca Medicorum Patroni solennitas instituatur.

Ad eos, qui ex beneficijs Medicæ Facultatis gratias habuerunt supplicatio, ut neglecta ejusdem, et derelicta, rationem et amorem habeant, et benefaciant, instituatur.

Beneficiorum Medicinalium (ut Canonicatûs Gnesnensis et Cracovie Medic: Cathedralium et aliorum erectiones procurentur, ut eorum notitiâ habitâ, honori et commodo Facultatis omni meliori modo provideatur, et omnia in rem Facultatis, quocunque modo spectant, vestigentur.

Professores non taliter, qualiter lectiones legant, sed iuxta probata et vera in hoc ferali inventorum veritatis seculo, legant, principia non ad libitum contra eadem, ac ab Auditoribus, et præsertim extraneis cum opprobrio Universitatis, et Facultatis cessent.

Ex exteris venientes promoti, nullo habito Praxeos et fundamentorum exercitio et cognitione sufficienti à curationibus iuxta Statuta primæva 1433 et alia arceantur, nè manifesta pericula dispensentur.

Ut Statuta Facultatis antiquo charactere anni 1525 scripta à Perillustri et Admodo Dño Oslinski S. Th. Bacalaureo impetrentur in Facultate retineantur, et transcripta in rem Philosophicæ Facultatis restituantur, hæc autem cum iam in meis manibus sint, Facultati retineantur, iam vix non ad oleum damnata et piper.

Arcula ad conservanda Statuta et omnia Facultatis, tum raptularia, tum catalogus eorum constituatur nè quid dispereat.

Quicunq; ex Professoribus Collegij iuramenti immemor Secretorum in commodum Facultatis et Consiliorum proditor fuerit, sub pœna de reiectione à Facultate, et perjurio, à Facultate reiiciatur. Quibus punctis omnibus ex Clarissimis Dominis Facultatis Medicæ præsentibus, et consentientibus exauditis, et maturè consideratis Inclyta Facultas videns ea ad bonum publicum summè necessaria dirigi, et ad honorem Facultatis Medicæ ordinari assensum præbuit, et unanimibus votis ea manutenenda, à Clarissimis Dominis Facultatis Medicæ Doctoribus nunc et in posterum semper iusta sui obloquentiam declarauit, nihilominus tamen ad quintum punctum ratione excisarum in Statutis chartarum Clarissimus Dñus Stanislaus Lopacki uti antiquior, in Facultate iurata fide se nescire quidquam, quare, quomodo, quando, et à quo id factum sit, in dicta Convocatione palam declaravit. Ad septimum post colloquium de eo ratione conuivij ex parte conclusum est, ex parte ulteriori consilio relictum. Ad 8vum ratione Statutorum, erectionum, Ordinationum Professionum etc etc, eò melius ad M. Rectorem, et Universitatem quantotiùs instandum, cùm sine his non possit quidquam in meliorem in Facultate restitui modum. Ad 9m ratione constituendi fisci, et expensarum tam promovendorum, quàm incorporandorum

x

quam incorporádorum habita informatione tam ab Universitatum modo, quàm à Facultatibus Superioribus Universitatis nostræ à quibus et nostra regulari debet determinandum Ad 12. Conclusum istud punctum ulteriori adhuc deliberationi esse relingvendum. Ad 22 Conclusum huic puncto siquidem cum notabili honore Facultatis, et summo commodo Universitatis, Collegiorum, studiosorumq; utilitate esse posset omni meliori modo providendum et consulendum esse. Quantùm verò ad hæc et alia omnia puncta in præsenti convocatione proposita cum assensum ijs omnibus plena Facultas unanimi consensu præbuisset Sponte palam et libere ea manutenenda esse in æviternum conclusit et diligenter observanda apertè declaravit. eaq; omnia Clarissimi M. Joánnis Zaiączkowicz Medicinæ Doctoris et Professoris amori boni et honoris publici atq; Facultatis gratia et dexteritati commissa; circa hæc cum Clarissimus D: M: Częckowicz M.D.C. Ediisset hæc puncta Sacrosanctè proposita et ordinata ei Clarissimus M Joánnes Zaiączkowicz respondendo, Subdidit: Si VV CC.DDnes agnoscunt hæc puncta esse sacrosanctè proposita, curemus oro ut iunctis viribus ad effm omnia agendo, et audendo pro honore Divinâ adiuvante Gratiâ communibus cum mea tenuitate studijs deducantur.

Anno Dñi 1704 die 28 Mensis Julij data fuit Convocatio à Clarissimo et Spectabili Dñó Stanislao Zopauki Decano Facultatis Medicæ ad instantiam Clarissimi et Spectabilis Joánnis Zaiączkowicz Medicinæ Doctoris et Professoris in hunc modum. Clarissime et Excellentissime Dñé Doctor, adesse dignetur Dominatis Vestra hodie horâ secundâ post Meridiem in hypocausto communi Collegij Maioris ad consultandum super punctis Dñi Facultatis Medicæ concernentibus; Detur Clarissimis et Excellentissimis Dñis Doctoribus Inclytæ Facultati Medicæ incorporatis tantùm die 26 Julij 1704, in qua Convocatione nihil ex parte Decani Medicæ Facultatis actum, quantis maioris momenti ob absentiam Clarissimorum et Spectabilium DD. Doctorum, licèt præsentes fuerint Cracoviæ, præsentibus Clarissimo et Spectabili Decano et Joánne Zaiączkowicz tantùm.

Anno Dñi 1704 15 Octobris data Convocatio à Clarissimo et Spectabili Dñó Decano eodè in hunc modum. Clarissime ac Excellentissime Dñé Doctor; adesse dignetur Clarissima et Excellentissima Dominatio Vestra horâ primâ post Meridiem in hypocausto communi Collegij Maioris ad eligendum novum Dnum Decanum, accipiendas lectiones tum ad alia quæ proponentur. Detur Clarissimis ac Excellentissimis Dominis Doctoribus Inclyta Facultati Medicæ incorporatis 15 Obris ipso die S. Hedvigis 1704. ex parte Decani Medicæ Facultatis, in qua Convocatione dato ei loco uti legitimè iuxta Statuta, et consuetudinem Inclytæ Facultatis Medicæ Clarissimis Dominis Doctoribus intimata, ipso die in Statutis determinato ad electionem Decani, nè præiudicaretur debitæ Statutorum observationi, cùm alij Clarissimi, alij Domini Doctores ad Facultatem pertinentes convenirent, et Magnifi D. Rectoris præsentia in Collegio tunc temporis abfuerit, ad quem res deferenda cum manifestatione erat apud Perillustrem et Rndissimum Mathiam Psoiecki S. Th. D. et P. CC. in præsentia ~~præsidentis~~ Perillustris et Admi Rndi S. Th. D. et P. facta denuntiatione et manifestatione ratione difficultatum ex parte boni Regiminis in Facultate invitatus fuit Clarissimus et Admdus Mdus D. M Podgurski Collega Maior Can SAna. Phil. Fac. protunc Decanus uti Notarius publicus et Officij Rectoralis Actuarius, in cuius præsentia cum manifestatione provisum indemnitati et præiudicijs Statutorum Medicæ Facultatis, et simul in Decanum electus, et salva sua indemnitate acceptavit propter melius inducendum regimen Clarissimus et Spectabilis Dñus Zaiączkowicz Medicinæ Doctor et Professor Primarius, quod felix faustumq; sit, quo facta

et connotato licet lectiones accipiendæ erant, et alia proponenda summe necessaria ob absentiam Clarissimorum Dominorum Professorum in hac Convocatione nihil agi potuit M. Stanislaus Lopacki Medicinæ Doctor et Professor.

Anno Dñi 1705 ultimâ Mensis Januarij data fuit Convocatio à me M. Joänne Zaiączkowicz Medicinæ Doctore Primario et Anatomiæ Professore, cuius tenor est talis. Clarissime Domine Doctor, adesse dignetur Dominatio Vestra hodie horâ secunda pomeridiana in Stuba Collegij Maioris ad conferendum, ex parte certorum abusuum et prætensionum honori Inclytæ Facultatis Medicæ prædictiorum, et consultandum de ijs, quæ in præteritis convocationibus debitè non conclusa, tum ad alia tractanda, quæ ad incrementum Facultatis spectare videbuntur sub pœna non contradicendi prout deligitis bonum Facultatis Medicæ. Detur omnibus DD. Facultatis Medicæ iuratis Anno Dñi 1705 ultima Januarij ex parte Decani Facultatis Medicæ. In qua Convocatione dato eidem loco cum propter absentiam Cracovia Clarissimorum DD Professorum non posset citiùs licet summe necessaria Convocatio intimari, urgentibus punctis, et circumstantijs, honorem, et bonum regimen Inclytæ Facultatis nostræ concernentibus, in plena Facultate breui præmisso proloquio, infelicitatem, et difficultates admirandas, et stupendas, moras et impedimenta explicavit. Atq; Cl. DD. DDut sibi in inveniendis et procurandis ad erectiones et ordinationes tam Professorum, quàm Censuum cum summo et præiudicio Medicæ Facultatis eidem debitorum ferè à centenis et ampliùs annis sepultas, authoritate unita Facultatis eruendas, et de toto investigandas, et communi labore aliquo adiumento esse velint precatus, puncta subiecta ut dictum in plena Facultate M. Joännes Zaiączkowicz Facultatis Decanus proposuit, et seorsiva Schedæ inscripta legit, eaq; talia sunt.

Puncta in Convocatione 30 Aprilis 1704 à M Joannè Zaiączkowicz Medicinæ Doctore et Professore proposita et ejusdem Convocationis Conclusione unanimi confirmata serventur, et executioni mandentur, etiam cum authoritate Mfici Rectoris, aut si opus fuerit, Universitatis, et ejusdem Celsissimi Cancellarij, aut vicegerentis, quæ propter impedimenta executioni demandari non poterant.

Lectiones à Clarissimis Professoribus in præterita Convocatione circa Decani electionem, ob eorum absentiam, non acceptæ accipiantur et ordinatè iuxta morem Medicæ Facultatis antiquum connotentur, ab hinc semper, et quæ ab aliquo acceptæ sit, specificetur, et inscribatur.

Eadem debito tempore legantur à Clarissimis Dominis Professoribus, quæcumq; summo præiudicio honoris Universitatis et Facultatis non lecta negliguntur insistendo Conclusionibus Universitatis contra Clarissimum Dñum M. Chrystophorum Nayman Anno 1694 12 Iobris Concl. 5 R fol. 88, et alias ac Anni 1699 15 Februarij circa petitionem Clarissimi Dñi Josephi Czechiewicz Medicinæ Doctoris ex parte responsionis pro loco, satis et Facultatis nostræ in Convocationis præterita 24 1704 10 April. Sancitæ et confirmatæ.

Statuta Facultatis Medicæ 1433 1525 et 1536 collecta à M Joanne Zaiączkowicz ut præsentata ea reducenda in meliorem formam et ordinem ac tandem ab Universitate, et à quo videbitur ut maius pondus habeant confirmanda.

Professionum, et aliorum actuum inclytam Facultatem Medicam concernentium cum summa difficultate et labore à 9 annis cum assistentia Mfici Dni Rectoris Perillustris et Admodum Dñi Dñi Petri Praczkowicz S. Th. D. et Professoris

à centum et ampliùs annis sepultarum in parte erutarum originaliū ordinatio
num copias præsentatas Facultati à M. Ioanne Zaiączkowicz collectas exequendas esse
et cum plura præcipuè Professionis Prioris Petri Posnaniensis, Tynicensis Fundationis
Medicâ in Salisfodinis, et aliorum damnosorum Facultati actuum desiderentur in
strumenta ad Mficum Dnū Rectorem recurrendum esse nomine Facultatis, ut illi
se amicum præstet, et ab ijs, qui aliquam horum notitiam habent sub iurata fide
exquirat, et iniungat; ut Facultatem informent, quatenus omnia, ut sunt omni
meliori in commodum Facultatis investigentur modo ad meliorem disponenda
ordinem, et cum aliqui præiudicio tam Facultati; quàm Universitati irrepant,
actus ijs, in facie Universitatis et cum autheritate medendum esse.

Cum Statutum sit iuxta Punctum Statutorum primum anni 1433 ut nemo
practicare præsumat non examinatus, ac multæ difficultates interfuerint à Cla
rissimis Dominis Collegij nostri Professoribus ex factionibus Iustitiæ et Fa
cultatum honori præiudiciosis, atq; M. Ioannes Zaiączkowicz Medicinæ Doctore
et Professores huius Statuti vim semper, et rigorosè observari voluerit cum Romæ
Italiæ, Bononiæ, et in omnibus alijs Universitatibus observetur extraneis, nec Do
ctorati ad Praxim admittantur, nisi à Protomedicis, et Collegijs rigorosè examine
tur, et praxeos illorum longum et solidum Studium et diligentia constet, ut exactis
Decanatuum eius constet) consulendo vitæ et necibus innocentum patientum ae
iuratæ nostræ fidei ad effectum esse deducendum; quod cum Clarissimo Dnō M. Ca
simiro Iuater M.D. propositum innotuerit sua sponte se Statuto et dispositioni Fa
cultatis subijcit, et se iuxta Statuta examen subiturum, libens lubensq; declaravit
quo facto id in alijs omnibus illicitè practicantibus, et præcipuè temerarijs, ubi et
quomodo de iure venerit exequendum. Huic Statuto se verbis submisit, et excellens
D. Petrus Strzenikowski hic in parte Medicinæ auditor Romæ verò Doctoratus;
qui studio perapiendæ practicæ cum Excellentissimo Dnō Onuphrio Bonfiglio Medi
cinæ Doctore Italo incumbit. Unde ut ei ita.

Promotis in exteris, ab Universitate extraneis præiudiciosa Facultati ex certis et
iustis respectibus ex parte praxeos addiscendæ exercitij saltem compatibili cum ex
traneis, nec ab Universitate approbatis, consulendū et obviandum esse.

Consultationum modus iuxta D. XIV in Cœna 10 Aprilis 1464 propositus et ordina
tus confirmetur in præsenti Convocatione et deinceps observetur.

Num Statutorum nostrorum Facultatis Ordinationis Confirmatio ad meliùs pon
dus per Privilegium S.R.M. procuranda, aut per mandatum executivum, et ne ad rem
Medicam spectantia sine censura et licentia Collegij Medici et Universitatis, ac Cel
sissimi Cancellarij ejusdem uti summè præiudiciosa honori eorum, sed magis vitæ
Salutiq; hominum ex ignorantia applicationis medicamentorum inimica, cum
in ea Pharmacopei seculares extranei circulatores, et spirituales personæ præcipuè
è Soc. I. cum notabili medicinæ Doctorum contemptu et opprobrio et alij Religiosi at
conditu Hebræi irrepunt, et curationes polluunt, ut ex charta M.D. Rectoris constat
per importunas magnorum virorum, Spiritualium instantias, cui cito et solidè ex
currendum.

Cum Statutum circa apothecarios Pharmacopolas et aromatarios ad rem Medi
cam aromata divendentes sufficiens sit à Sigismundo Primo Rege sancitum, et in
Statutis Regni inveniatur ex parte revisionis iuxta D. XVII Anni 1504 10 Aprilis.

praterita Convocationis, quomodo ad executionem deducendum sit, num mandatu
I.R.M. procurandum, et qui ad hæc exequenda requirendi: quibus Punctis à Clarissimis
Dominis Doctoribus exauditis, et diligentius consideratis decisum et conclusum est
et quidem ad.

Illud esse executioni demandandū conclusum similiter ad secundum conclu
sum, et lectiones acceptas. Clarissimus Dominus M. Joannes Zaiączkowicz Professor Primus accepit
lectionem extraordinariam Anatomes prælegendam:

Clarissimus Dominus M. Stanislaus Zopacki lect. Botenices extraordinarias.

Clarissimus Dominus M. Joannes Dzidowski Ordinar Fund. Petri Posnan. Tra
ctatum de affectibus Thoracis.

Clarissimus Dominus Josephus Czeckiewicz distulit lectionem accipere, nec
eandem amplius accepit.

Ad 3 Conclusum quidem sed ulteriori adhuc tempore de eo consultandum
ad 4 et 5 conclusum.

Ad 6 et 7 de plano conclusum exequenda esse et modus nec dum stabilitus
sed ad Puncti partem de practicantibus exequendum cum solida assistentia Fa
cultatis, et illi de Statuto observando admoneantur, et ad Universitatem serio
recursus fiat.

Ad 8 conclusum communicatâ priùs Consultationis ordinatione et præscri
pto modo.

Ad 9 collato cum Magnifico Domino Rectore et Universitate solidè consilio
debere provideri, omni modo meliori de plano conclusum.

Ad 10 cum Statutum et Serenissimi Regis et Regni habeatur in fundamen
to huius Statuti ut ad effectum deducatur conferendum esse ulteriùs. M. Joannes
Zaiączkowicz Medicinæ Doctor et Primarius Professor Medicæ Facultatis Decanus

Anno Domini 1705 29. Augusti data fuit Convocatio à M. Joanne Zaiączkowicz
Medicinæ Doctore et Primario Professore Facultatis Decano in hunc modum. Cla
rissime Dne Doctor adesse dignetur Clarissima D.V. hodie hora pomeridiana prima
in Stuba Collegij Majoris ad audienda certa Puncta proponenda ex parte cir
cumstantiarum honori Inclytæ Facultatis Medicæ, et commodo ac bono regimi
ni summè præiudiciosorum et quæ ulteriorem moram non patiuntur consultan
dumq; de ijs, et quæ in præsentis convocationibus non sunt debitè conclusa et
alia si quæ proponentur sub pœna non contradicendi, prout diligitis bonum
Facultatis Medicæ. Detur omnibus Clarissimis Dominis Doctoribus Facultati
Medicæ incorporatis: ex parte Decani Facultatis Medicæ, in qua Convocatione,
dato eidem loco in plena Facultate ego Decanus easdem molestias de difficultati
bus in restituenda Facultate, tandem aliquando conquestus repetij, atq; ut Cla
rissimi Domini Doctores solidam derelictæ et deiectæ Facultatis vellent appone
re manum, nè per ulteriorem moram in maiora tam honoris quàm damnorum
et præiudiciorum eandem labi patiantur discrimina ardentius insistendo, præ
catus hæc proposui Puncta.

Consultationum Medicarum norma et modus legatur et approbetur, qui est
talis. Cum iurata fidei sed magis conscientiæ et sapientis providere et pro
videre honori D. Medicinæ, salutiq; ægrorum, ac prudentis sit non subire specio
ut occisi, quem sors ipsa peremit, et ubi multa consilia, ibi multa salus ut Ll. Cano
num dogmata docent, Consultationum circa ægros hæc norma ordo et modus

observetur. Assistens ægro medicus illi necessitatem Consultationis cum cautela et honore dextrè insinuet, atq; quos de consuentia, prudentiores, peritiores, et probatos noverit Medicos Physicos, eos per domesticum ægroti cum debita reverentia invitari curet. Quibus cum honore invitatis Senior aut Protomedicus horam assignet commodam, nisi periculum patientis aut morbus urgeat instantaneam sine mora consilium, atq; iuxta Senium confidentes nullo habito respectu alienigenarum, aut alienorum hominum Doctoribus Facultatis Medicæ præiudiciosorum, et Universitati, ut memoria nostra fuit. A iunioribus promotione Medica, aut extraneis, qui demonstrato privilegio, et approbati per examen Facultatis, (ut Statuta loquuntur) fuerint ordiri consilia debent, habita priùs ab assistente Medico Historia ægri et morbi Idea sufficiente relatione iuxta normam Consultationum, quàm Methodo veriori, et ex causis deductis Physicis addam, suo loco compte, breviter fundate, et sufficienter, quantum possibile est, physicè, non taliter, qualiter, nè suam conscientiam et vitam miseri patientis defraudet, unusquisq; suam à Iunioribus iuxta Senium in Facultate non interturbando alium dicentem, nec interturbatus ipse promat Sententiam. Quâ finita Senior suam loquatur, ac tandem ultimus (non refutando aliorum indiscretè Sententias, quod confusionem parere posset) sed positis fundamentalibus ac demonstrabilibus per principia Physica et Medica rationibus, et experientiis non periculosis convenientibus iuxta Statutum Universitatis 1433 concludat, neq; quisquam ex Iunioribus temerariè quidquam contraveniat, quodsi autem temerarius quid fecerit, in charitate primùm admoneatur et nisi de temeritate remiserit apud Officium Dñi. Rectorem, compellatur, et ipsius recepto examinentur, atq; deducta ipsius insitiâ pœnam proportionatam subeat, et à Praxi Curationum quousq; eandem perfectam non acquisiverit, arceatur, temeraria enim experientia est, quæ ad internecionem hominis ordinatur.

Methodus medendi et examinandi pro Laurea iuxta vera principia Physica et medica constituatur, et examinis eorum, qui Praxim exercere volunt.

Puncta præteritarum Convocationum reassumantur, et in effectum deducantur quæ non sunt hucusq; ad effectum deducta.

Erectiones et Fundationes Professionum, ut in debitum ordinem omnes reducantur, et distribuantur ea, de quarum erectionibus constat ab Universitate impetretur. Ideæ verò, de quibus nec dum habetur sufficiens notitia, ab eadem requirat.

Summæ datæ pro ijs et locatæ vestigentur, ut illæ, ita census ab ijs fere à seculis negleti, alij recepti neq; Facultati redditi et ignoti (ut ex connotatione inscriptis ad finem posita constat ad quod, et ad eas, accipiendas inveniatur modus possibilis ut Professiones salariatæ sint debitèq; ab Universitate solvantur.

Lectiones tam ordinariæ quàm extraordinariæ iuxta erectiones legantur nè à Clarissimis aliarum Facultatum Professoribus cum summa ignominia Facultas censuram subeat cum non laborantes actu iuxta Statuta Universitatis voce et dismembrationibus carere debeant, earumq; stabiliendus modus, et ordo.

In colligendis et investigandis Facultatis reliquis attinentijs et quibusvis rebus mihi saltem aliquid operæ non verbis, sed effectu præstent et ex Facultate ad id deputentur Dñi. cum Summario habeam in omnibus apertè difficultates et impedimenta.

Cum inveniantur, qui Facultatem contemnant, et praxim ignari exerant libere cum detrimento ægrorum, ut constat ad examen adigantur iuxta Statuta et Conclusio-

Universitatis et nostra Facultatis (ductu Excellentissimi Dñi M. Casimiri Juater Medicinæ Doctoris actu in Philosophica Facultate laborantis, et sese in Convocatione presenti iuxta Statuta subijcientis examini) nè impune occidant, et patrocinijs confisi ignorantiæ libertatem prætendant. Qualis est Excellens Petrus Struzenkowski Roma sine Sufficienti Phisi, Theoria, et Praxeos Medicæ (quia nec integro extra Poloniam in exteris demorans anno) exercitij nunc liberè inscius temerarius exercet praxim, licet se verbo tenus submiserit tantum Studio attenturum.

Facienda ad Magnificum Dominum Rectorem instantia, nè actus præiudicij si Facultati irrepant et abusus qui ex subscriptione Privilegij ignoti Excellentis Domini Joannis Stowakowicz Philosophiæ Doctoris post moram brevem in exteris et Studiorum, nec duorum annorum inconsulta Facultate, à Magnifico Domino Rectore contra Praxim et Statuta subscripti oriri possunt cum in hoc fuerit scrupulosissima Universitas, quæ diligens soli Facultati revisionem Privilegiorum demandabat, et testibus probari voluit, cum eorum corporali iuramento.

Peracto examine Excellentissimi Domini M. Juater Medicinæ Doctoris, nunc alij ad servandum Statutum compellendi per Bedellum cum authoritate M. D. Rectoris, et Universitatis.

Ab ingredientibus post responsionem Facultatem Medicam more aliarum Facultatum, num circa præsentationem quæstionis duo Hungarici aurei circa ingressum alij duo incorporatis Professoribus singulis debeant offerri.

Centenarij ab Universitate impetrentur et convivionum pretium ut Facultati in vim retentorum ad eandem saltem in aliqua parte restituendam cedant, si ea in Statutis Facultatis prohibentur.

Quo factum, quod ultra debitum, et à Statutis definitum eligendi Decani tempus, cum una fuerit Convocatio tantum, et admissionis in Facultatem Clarissimi Domini Czyckiewicz et electionis ejusdem in Decanum, distincte duæ inscriptæ sint una ex Bidello intimata

Quomodo procedendum cum Pharmacopœis, siquidem revisio Pharmacopœarum per Statutum olim Serenissimi Augusti I Regis et Regni, Medicinæ Doctoribus iniuncta, qui non approbatorum Medicorum Receptas recipiunt, iuxta eas medicamenta indebitè extradunt, et ipsi ordinationes exhibent.

Connotatio Summarum pro Erectionibus lecturarum tam ordinariarum, quàm Extraordinariarum ad Facultatem Medicam Spectantium, et censuum ab ijs retentorum et negligentorum, qui investigari (salvis rationibus debitè instituendis) Praxim exactis partim aliunde poterant: in Convocatione inducta. Professiones Ordinariæ 4

Professionis Ordinariæ primæ Petri Posnaniensis ex actis fol. 1000 in actis Collegij Maioris quærenda, si non ista, quæ Clarissimo et Spectabili Domino Joanni Dzierzanowski collata census anno 1540 quæ nondum à me investigari potuit de plano

Ordinaria ejusdem Petri Posnaniensis per Executores fundata, ut ex originali Privilegio in Archivo Universitatis constat 1000 fl. Rubrig. insenius.

Census ab ea ex Conventu Tynecensi per 40 pro anno, ut ex autorio et consul: part: 3. fol. 31 constat retenti ab annis 103 facerent 4120

Ordinaria Professio pro qua debebant accipi à Procuratoribus Universitatis ex Suppl. M 20, ut ex actis ejusdem fol. eodem constat ab annis 105 facerent.

x

Cius erectio ex Archivo Universitatis, nec dum haberi potuit.

Ordinaria Fundationis Miechovitana pro sexingentis Hungaricis aureis in prætorio locatis, ut ex erectione constat, cuius originale Privilegium, et obligatio, est in Archivo Universitatis faceret pro currenta moneta nunc.

Census ab ijsdem retenti fere ab annis 100 per Marcas 20 pro anno, ut ex actis et conclusione Universitatis part: 3 f: 31 constat.

Et hæ dicuntur Professiones ordinariæ, quia singulis diebus ordinarijs, earum Professores per annum cum Philosophis legere tenebantur, et legebant, et tenent. Ad quod obligatur et ille Professor, et ad disputationes, in cuius commodum cedit lapidea in Platea Vistulana, quod manutenere Universitas Executoribus dicti Petri Posnaniensis sese obligavit, ut in Erectione videri potest.

Aliæ sunt Professiones extraordinariæ duæ à Clarissimo, et Colendissimo Viro Joänne Zemelio Medicinæ Doctore Calissiensi, nunquam satis memorando fundatæ.

Prima est Anatomica, quæ extra ordinem more Patavino legi debet in Quadragesima, vel ante eam.

Secunda est de materia Medica simplicium Botanica scilicet Herbis, tum de alijs simplicibus, et debet legi septimanis octo (ut patet ex erectione) ante vesperas. Pro quarum Professionum fundatione Universitas recipit, à dicto Clarissimo Viro Joänne Zemelio aureos Hungaricos mille, ut ex actis conclusionum Universitatis: part: 3. f. 33, et alijs constat, qui nunc facerent.

Præterea Universitas ex thesauro pecuniæ Medicæ Facultatis, ut ex actis Conclusionis Universitatis part: 3. f. 133 constat, florenos mille accepit

Censum ab his mille florenis inscripsit Facultati per f 80 pro anno non redditus per annos 6 Fatq; sese Universitas inscribere et roborare in actis Consistorijs coriensis dictum censum, ut ex actis ijsdem ibid: pag. 2 evidenter patet, declaravit quod faceret.

Ex thesauro Facultatis Medicæ ab Universitate concessivo modo accepti, ut in actis eius Concl. Part: 3. f. 58 videtur.

Ultra hæc, quæ indirecte spectant ad Facultatem.

1. Fundatio Petri Posnaniensis pro Medicinis pro ægrotis
   Census ab his.
2. Fundatio Miechovitana Hung: 300 in Prætor p. Stud. ægrotis
   Census ab his per 7. Marcas ab Ao 1509 qui

Hæc sunt quæ inter tot difficultates et impedimenta tanto tempore ægre investigari poterant à M. Joänne Zaiączkowicz, reliqua ex Erectione Universitatis et Facultatis tam ex Actis Conclusionum 1 et 2 Partetum alijs plura habere potuerunt, eorum Summa si posset debite vindicari accidit ad Summa M f 6050.

Qua Connotatio ad Informationem Inclyta Facultatis, (magis sufficiens, tam ex actis pluribus et antiquioribus Universitatis, quàm ex rationibus, et investigatione diligentiori inquirenda) inscripta est.

Quibus Punctis singulis ab omnibus Clarissimis Dominis Doctoribus ad Facultatem Spectantibus et presentibus diligenter auditis, et consideratis decisum et conclusum uniformiter in plena Facultate.

Ad 1 Punctum scilicet normam Consultationum à me Decano factam et Facultati presentatam, qua lecta, perpensa, et approbata est.

Ad 2 Puncti partem 1 methodum medendi et examinandi iuxta vera principia et in hoc ferali Inventorum saeculo meliora et probata constituendam esse de plano conclusum. Simul ad 2 Partem dicti Puncti ex Parte Examinis eorum, qui Praxim exercere volunt; circa quam Conclusionem Excellentissimus Dnus M Casimirus Suater comparuit, vocatus, examinatus in Parte, et Puncta à me Decano, et Primario Professore ad resolvendum cum casibus data ad complementum examinis (suntq; talia Quomodonam curari debeat.

1 Infans 5 Mensium febre maligna cum gutta rosacea angina suppressione urina laborans. 2 Virgo 18 annorum Melancholica hysterica, exsucca menstruorum suppressione, et fluore albo laborans. 3 Pragnans 40 annorum frigidi temperamenti febre cum pleuritide, et epilepsia à conceptione nono mense correpta. 4 Vir senex 80 annorum febre maligna cum pulsu debili, angina, et suppressione hamorhoidum affectus) recepit. Quas quidem diligenter resolvenda libens assumpsit, et cum statim uti difficilia modo debito resolvi atq; propter temporis angustiam vix poterat Facultas mihi omni meliori modo ex iurata fide rem omnem in dicto negotio expediendam, uti Primario Professori, commisit.

Ad 3 Puncta preteritarum Convocationum reassumenda concluserit.

Ad 4 et 5 Punctum conclusum illud esse si possibili exequendum, et pro effectuandis his Punctis ad Almam Universitatem instantiam diligenter ée instituendam

Ad 6 non conclusum aliquibus ex Clarissimis Dominis renitentibus dilatum.

Ad 7 declaratum in eo, ut alijs recurrendum esse ad Magnificum Dominum Rectorem et Almam Universitatem, et ad quem spectare videbitur.

Ad 8 Conclusum temeritati et contemptui (quisquis ille fuerit) uniuscuiusq; sedulo obviandum esse, et facto consilio ad Facultatem adhibita authoritate Rectorali advocetur, et iudicetur.

Ad 9 determinatum Recurrendum esse plena Facultate ad Magnificum Dominum Rectorem, et prasiudicijs obviandum.

Ad 10 decisum refractarios indebite et illicite practicantes cum periculo vitas humana ad examen iuxta Statutum 1433 numero primum, et ab Alma Universitate et Magnifico Domino Rectore iuxta debita Statuta authoritate, et assistentia serio requisita compellenda esse.

Ad 11 declaratum sequendas esse Superiores Facultates, et cum in Facultate Theologica id Statutum sit, ideo etiam in nostra Medica manuteneri irremissibiter debet.

Ad 12 ulteriori deliberationi, et discretioni Almae Universitatis committendum esse conclusum.

Ad 13 Nihil responsum et declaratum urgente responsum et causam Clarissimi Domini Zaiączkowicz.

Ad 14. Conclusum Pharmacopolas et Aromatarios advocandos esse, ut eis statutum Regni interea sepultum palam fiat, et notificetur admoneaturq́, ne receptas à non approbatis per Facultatem Medicis exequantur, eaq́ denc. ad censuram et ipsi in ordinationes, ut et Chirurgi non irrumpant, ad quæ modus efficax ulterior consilio procurandus M. Joannes Zaiączkowicz Medicinæ Doctor et Primarius Professor eiusdemq́ Facultatis Decanus.

Anno Dni 1705 15 octobris. In Decanatu M Joannis Zaiączkowicz Medicinæ Doctoris et Primi Professoris, data fuit Convocatio in hunc modum.

Clarissime Domine Doctor adesse dignetur Clarissima Dominatio Vestra hodiè hora pomeridiana secundâ in Stubâ Collegij Majoris ad reassumenda Puncta honorem, et commodum Inclytæ Facultatis Medicæ concernentia, neglectaac ultimariè concludenda, cum ex mora majores in dies oriantur difficultates et præiudicia; lectiones ordinandas et accipiendas. Electionem Clarissimi Dni Decani, tum et ad alia, si qua proponentur, sub pœna non contradicendi, prout diligitis bonum Facultatis, detur omnibus Cl. DD. Facultati Medicæ incorporatis 15 Octobris 1705. Ex parte Decani Facultatis Medicæ. In qua Convocatione dato eidem loco in præsentia Cl. DD. Joannis Dzidowski, et Josephi Częckiewicz, absente verò Clarissimo Domino Stanislao Łopacki Medicinæ Doctore et Primario Professore, iuxta tenorem intimatæ Convocationis (cum multa ex mora, et negligentia absurda tam Inclytæ Facultati, quàm Almæ Universitati, augeantur præiudicia, damna, et majores difficultates) inductum Punctum ad reassumenda puncta, in præteritis Convocationibus neglecta, ultimariè inconclusa concludenda, et cum assistentia Universitatis exequenda; secundum etiam propositum ad ordinandas ordinatè accipiendas, inscribendas ac legendas lectiones Cl. DD et PP præsentes, non volentes quidquam de his Facultati præiudiciorum remedijs conferre et concludere, quinimo ijs abiectis solam Electionem instantaneè urgebant. Quod antea ex renitentia continua provisum fuisset, cum Magnifico et Perillustri Domino Rectore M. Petro Praczkewicz S. Th. Doctore et Professore Cl. H. obviando maioribus contentionibus instantia fuit, quatenus in ventura brevi Convocatione si et in quantum illa fuerint dignaretur sua præsentia, et authoritate Rectorali eas impedire, ut omnia in charitate cum ratione, et modo debito fierent. Sed cum officius Dnus Rector instante Convocatione sua, habitatione in Collegio Majori exesset, majoraq́ damna, et præiudicia ob suppositam ex præiudicatis anteactis contra nitentiam, tam edendarum Convocationum, quàm in necessitatibus Facultatis congressuum, iusto publici boni et honoris Facultatis, abiecti scrupulo reiectis nec conclusis prioribus Punctis ad Punctum eligendi Decani accedi, nec potuit, nec debuit. Quare protestatione facta à me, non aliquo ambitionis, aut privati commodi respectu sed honoris deiecti et boni Facultatis exiurata fide stabiliendi zelo vel invitum facere debuisse et fecisse, tum quia Clarissimi Domini Professores non sunt actu laborantes, Convocationes sub suis decanatibus intimare nolebant, nec quidquam eorum præcipuè quæ maioris momenti fuerant, in præteritis Convocationibus intimata et conclusa propter variabilem inconstantiam infecta et confusa remanserunt, et aliqui summè necessarij in rem Facultatis actus

cum calumnijs indebitis, suoq; tempore vindicandis, in facie totius Universitatis malitiosè impediti fuerunt, et Puncta à Facultate, ut ex Actis demonstrabitq; in Universitate proposita) toties approbata, eversa et concussa, quæ in Convocatione Facultatis proponenda erant, Anno et die ut supra sunt hæc.

Cum propter moras et discordias sine respectu iuratæ Fidei, et honoris negotia Facultatis in longum trahantur, nec quidquam solidè conclusum, constanter manuteneatur, ac ea, quæ in Facultate, cum debita deliberatione, in rem et honorem Facultatis stabilita et conclusa, iterum dissolvantur cum maiori in dies eiusdem damno et præiudicio, ut quæ bonum regimen in Facultate concernunt, præcipuè sub meis Decanatibus, ac alijs, à me proposita, aliqua conclusa, aliqua suspensa, et indecisa sùt omnia sigillatim, ordinatè et cum patientia reassumantur ac constanter, solidè, ac ultimariè decidantur, et inviolabiliter manutenenda concludantur, ac in effectu communi, studio manuteneantur.

Cum Lecturarum Fundationes ordinariarum quatuor sint, si non plures, ex quibus una tantùm Clarissimo et Spli D.D. Ioanni Dzidowski collata ab Universitate alijs neglectis et vacantibus, ea Universitati notificentur, ut inter Clarissimos Dominos Professores dispensentur cum plurimi sint ex Auditoribus qui eas desiderant) unà cum Philosophicis lectionibus prælegendæ.

Extraordinariæ autem sunt duæ Zemelianæ Fundationis Anatomica quæ bis de die ante Quadragesimam, aut in ea quatuor septimanis legi debet, et Botenica octo septimanis incipiendo à Kalendis Julij ad normam Patavinam ante coronam vel post eam, quo maior commoditas, et copia studiosorum fiet insistendo Ordinationi Fundatonis ab Universitate acceptatæ, ac approbatæ, quo tempore et Baccalaurei suas Lectiones Medicinales legere debent.

Ut Professores pro laboribus digna stipendia habeant, solidè consulatur. Perpensis enim Fundationibus, quam Censibus retentis in unum reducendis cum authoritate Magnifici Domini Rectoris, et totius Almæ Universitatis ordinata salariæ constituantur.

Iniecta mihi impudenter calumnia ab ijs, qui consentientes in Facultate ad conclusiones fuerunt in Universitate cum notabili præiudicio Facultatis quasi ea puncta quæ ex consensu Facultatis ex Actis excerpti ad reassumendam saltem in parte manu mea descripta in Universitatis Convocatione Anno 1770 præsentata, in Facultate non conclusa, et ea inscia pertulissem, et hinc dissensione orta iniusta suppositio cū restitutione integritatis et honoris mei aboleatur, quod nisi fuerit me id iure vindicaturum cum manifestatione declaro, quidquid enim ego non mercenario genio, sed iuratæ fidei veritatis, et publici commodi memor ago, et ut eorum effectus ab Universitate acquiratur.

Puncta dicta in Universitate relecta confirmata Universitati, (quum in meliùs Facultatis sint) uti summè necessaria enixè effectuanda commendentur, in quibus in censum venire debet, præcipuè examen Practicantium, cū de vita humana agat.

Ut ad loca in Universitate aspirantes, hic promoveantur, ne in contemptū Universitatis et Facultatis alibi vix aliquo aut nullo exercitio habito insignia quærant.

Facultati Medicæ recenter incorporatus, an habita adhuc sufficienti in Facultate notitia statim in Decanum eligi debet, an verò debeat cursum Circuli ab antiquo incorporatorum peracti expectare.

x

Examinis finis excellentissimi Domini Iuater. Medicinæ Doctoris in parte dilatus propter quorundam consiliorum inconstantiam. Statutis et Facultati prædicijs orum, et eius discessum, in eoq; quomodo procedendum sit, in exemplum aliorum perfectè Statuatur.

Cum sint aliqui Excellentes Artis et Philosophiæ Doctores et Professores, et Venerabiles Baccalaurei Auditores Medicinæ, et mei Discipuli; qui ad gradum Baccalaureatus in Medicina, more antiquo aspirent, eorum studium solidè promovendum esse, ut desiderij compotes fiant, hoc enim neglectus hic Gradus à 60 ferè annis restituetq; et honor Facultati; ad quod media, et modus cum effectu inveniendus.

Puncta in Universitatis Convocatione proposita sunt.

Ut liber Statutorum Facultatis Medicæ Anni 1433 cum arenga antiquissimus ad collationandum, si potest inveniri, concedatur, cum eadem sint arengæ in Libro Rectorali Statutorum inveniantur.

Ut Erectiones Professionum Medicarum reliquarum Petri Posnaniensis antiquior, unà ex Zuppijs, Tynecensis, et Acta reliqua ubicunq; fuerint, tam in Universitate, quàm in Domo Maiori Facultatem concernentia communicentur.

Lectiones tam ordinariæ præcipuè à 50 ferè, aut pluribus annis neglectæ et interea temporis inter Professores distribuantur, et tam ordinariæ, quàm extraordinariæ diligenter iuxta Erectiones, et debito tempore legantur.

Decidatur non legentes actu contra Conclusiones Universitatis et Facultatis num debeant commodis Universitatis, et dismembrationibus, ac beneficijs voce, activa, et passiva gaudere.

Facultas precatur, ut Magnificus Dominus Rector, qui Custos Statutorum est, et Alma Universitas in ijs, quæ Statuta debitum ordinem, regimen et honorem Facultatis concernunt, ut Statuta iubent tam ratione examinis practicantium (iuxta Statutum Regni) Pharmacopeorum, et in quibusvis alijs negotijs diligentem dignetur apponere manum, et nè ulli fiant actus, qui in quocunq; insciæ et inconsulta Facultate præiudicium tam Almæ Universitatis, qm Inclytæ Faultis erúpant.

Ut reformata Facultate damna maxima eidem à seculis illata, ex qua causa sint (quæ iam per me investigata in parte sint diligentius investigentur ut legentes actu sibi debita præmia habere possint et ad hoc Perillustres et Admdi Pnd. Administratores et Procuratores, informationes sufficientes, et demortuorum regestra, pro informatione antiquiora, vel Alma ipsa Universitas communicent, ut omni possibili modo restituantur.

Qui aspirant ad Cathedras et Gradus in Universitate, cum alij insçij Medicinæ nullo habito exercitio in exteris promoveantur) Doctoratus in Nostra Universitate assumat quod et in alijs Facultatibus (ut ex Conclusionibus Universitatis et Actis constat) observatur, etiam in Medica observetur nè et Universitas, et Facultas contemnatur.

Cum Solidam intentionem Divina adiuvante Gratia ei licet ille restituendo talentum amore Dei, et Personarum Universitatis de ijsdem bene merendi habeam. Almæ Universitati meam operam offerendo eandem precor, quatenus, sine quavis sui prædicij vel minimi Suspicione dignetur unius vel duorum Contubernionum

quæ Seminaria Facultatum sunt et esse debent) Senioratus probis et probatis destinare Viris, qui Seniores ex mea institutione Medicina, quam mihi Divina bonitas concessit libentissimè communicanda, Collegijs omnibus et Contubernijs in eorum accidentibus prosto, et ferè præsonibus adsint Sanitati Uniuscuiusq; provisuri; quibus punctis discussis et stabilitis in continenti iurata fide renuntiandi Decanatus iuxta Statutum Submissio facta est. Sed pertinacem toties iterata nequivit vincere censum, ideòq; vel invitè ex Tuba Convocationis infecto opere secessum est Magnifico Domino Rectori detegendum in animo erat ut pro sua prudentia, tantis præiudicijs actibus mederetur, sed eo non invento actuarium adire visum est, manifestatio nemq; indemnitati, et iusto dolori, ac publicæ Facultatis ignominiæ, si quando et ubi de iure necessarium fuerit, provisurum connotari.

Convocationem aliam reintimandam inter familiaria colloquia toties insinuatum est ad tollendas differentias, sed cum Clarissimi Domini se nusqm congressuros palam et constanter declararent, ab hoc irrito munere tantispere supersedere visum, ut opportunitate tam Sub Rectoratu Magnificorum Perillustrium Rnd Praeclarissimi S. Th. quàm Adm Rndi Ekart. Juris Utriusq; Doctoris et Professoris Universitatis Rectorum, eorumq; authoritate interponenda, cum omnia in moram traherentur, variaq; publicarum vicissitudinum incommoda circumstarent, irritumq; suum in restituenda Facultate conatum continuum M. Joannes Zaiączkowicz Medicinæ Doctor et Primarius Professor pessimo fato dolens videret, nè ulterius vana ambitus in Facultate suspicione laboraret, Clarissimo et Spectabili Domino M. Joanni Dzidowski insignia Decanalia toties requirenti, et in intimatione lectionis sibi nomen Decani, ac circa ræones Universitatis officium usurpanti, cum citius nequiret, ob eius continuam absentiam Cracovia, requisitus per Bedellum remisit, quæ idem Bedellus ferè post duas Septimanas retulit, spem restituendæ Facultatis, tandem aliquando in iurata fidei, et honoris scrupulo, Magnifici Domini Rectoris, et DD. DD. collocando, ni si res debito modo componantur, se de restituenda Facultate, etiam iure, si opus fuerit, et ubi de iure venerit acturum, et processurum solenniter manifestatur. M Joannes Zaiączkowicz Medicinæ Doctor et Primarius Professor eiusdem Facultatis Decanus

Anno 1706 15 Mensis Sbris exacto unius anni tempore cum nihil in augmentum honoris et commodi Facultatis dejecta evinci poterat, licet et antehac et intra spatium semestris multoties Magnifici Perillustris et Adm Rndi Domini M. Joannis Ekart Juris Utriusq; Doctoris et Professoris tunc temporis Rectoris authoritate diligentius irritè quæsiverim, dies electionis Domini Decani 15 Sbris advenit per statuta destinata. Quare impatiens ego M. Joannes Zaiączkowicz Medicinæ Doctor et Primarius Professor mali ordinis et ulterioris mora convocationem Clarissimis Dominis Doctoribus intimavi, quibus præsentibus omnibus ex Facultate excepto Clarissimo et Spectabili Domino Dzidowski unico absente) cum maiora in dies Facultati et honoris et boni reiiminis augerentur detrimenta ad Electionem Clarissimi Domini Decani accedere nolui, declaratâ priùs tam Magnifico Domino Rectori, quàm aliis in Universitate Patribus, per priùs mea intentione, me non posse accedere ad quidquam faciendum ex ratione scrupuli conscientiæ, et iuratæ fidei, tum ex causa intolerabilium damnorum, confusionis et dejecti honoris (cum manifesta nece multorum ægrorum, atq; lesione enormi Inclytæ Facultatis, quinimo me ea iure vindicaturum

cum protestatione solenni manifestavi, nisi sub onere conscientiæ et iuratæ fidei sese per stipulatam manum ad proposita puncta perficienda, tam priorum quam Ultimæ Convocationis, ad quæ præterita Convocatione accedere noluerunt) ultimarie concludenda, et ad effectum deducenda, bonumq3 Facultatis rigorosius promovendum, et præcipue circa punctum de examinandis practicare volentibus iuxta Statuta (cum aperta neces dispensentur) dare, libere, palam, et irrevocabiliter obstrinxissent, etiam damnis, quæ notabilia fusius suo loco exponentur provenire. Quo facto et recepta omnium supradictorum hoc modo, ut connotatum, iurata assecuratione, Convocatione prævia, præfatione, antiquas nænias insonante ad Clarissimos Dominos Doctores induxi, estq3 hæc tenoris talis.

Clarissime Domine Doctor, adesse dignetur Clarissima Dominatio Vestra die crastina horâ octava antemeridiana præcise in Stuba Collegij Maioris ad sopiendas difficultates intervenientes cum damno Facultatis. Lectiones accipiendas, et debite disponendas, eligendum Clarissimum Decanum, tum et ad alia, si quæ proponentur sub pœna non contradicendi; prout diligitis bonum Facultatis ex sensu Magnifici Domini Rectoris. Detur omnibus Clarissimis Dominis Doctoribus Facultati Medicæ incorporatis 14 sbris 1706. Ex parte Primarij Doctoris et Professoris Facultatis Medicæ.

Quare dato in dicta Convocatione eidem loco Primo puncta præterita Convocationis reassumpta antehac neglecta, et quidem sigillatim

Ad primum cum nihil iustius sit quam ijs intendere animum, et diligentiam ad quæ ex re iurata fidei et boni publici quisq3 teneatur conclusum omnia totius reassumenda concludenda ultimarie inconclusa, ac inviolabiliter manutenenda et constanter observanda, quod ex brevi tempore, nunc fieri non poterunt

Ad secundum conclusum quandoquidem lecturarum ordinariarum sint quatuor, quarum Professores per totas Commutationes diebus legibilibq cum alijs Facultatibus legere tenentur, ut ex Actis antiquorum Statutorum Anni 1525 titulo de Lectoribus Medicinæ, tum ex Statutis Medicis 1536 ultimis penes Facultatem existentibus fol. 5 tit: de Lectoribus, et lectionibus ordinarijs, ubi obligantur Doctores salariati singulis diebus legibilibus, quibus ordinaria legitur diligenter, et docte (verba sunt Statuti) legere, tum ex Actorum et Conclusionum Universitatis P. 3 f. 90, et alibi, unde Professores, et ordinarias et extraordinarias eosdem simul habuisse, et ad legendum, etiam sub privatione adactos fuisse patet, tum ex Actis Facultatis Anni 1628, ubi Commut. Æstiva, quatuor Professores ordinarij, lectiones acceptas legerunt Baccalaurei vero in vacationibus, et quadragesima, tum ex actu Erectionis Fundationis Petri Posnaniensis, et assecuratione qua se ejusdem Executoribus ad ordinariam lecturam, et disputationes ab illo Medicinæ Professore effectuandas, in cuius commodum Lapidea in platea Vistulana cedit Universitas fide publica obstrinxit, manifeste et palam constat, tum ex debito, et iurata fide promovendi Discipulorum studij, qui lectiones ordinarias, et commodo tempore præstolantur, ut reliquæ ordinariæ dispensentur tres cum tantum modo unam sibi habent collatam Clarissimus Dominus Joannes Dzićdowski et reliquæ non sunt tres distributæ, quinimo ab 30 fere annis neglectæ ad Magnificum Dominum Rectorem, et Universitatem tria ulteriori modo instantiam solide faciendæ

quatenus dicta lectiones ordinarias per Punctum ad Universitatem inductu inter Clarissimos Dominos Doctores tandem aliquando distribuantur, et debito legantur iuxta Erectiones modo.

Ad 3tium sc. lecturas extraordinarias similiter conclusum, ut Anatomia in Quadragesima, vel ante eam quatuor Septimanis; de simplicibus verò à Kalendis Julij octo Septimanis iuxta ordinationem (quæ in Act: et Conclusionum P. 3 f. 33 habetur) inhærendo dispositioni pijssimi Fundatoris legantur, quo tempore et die à Baccalaureis Medicinæ Promotionem ad hunc Gradum solide quærentibus iuxta morem antiquum legentur.

Ad 4tum cum iustissimum sit, ut labores præmia sequantur, atq; partim enormi negligentia, partim ex alijs occasionibus, pensiones debitæ et salaria nulla sint recursu facto ad Magnificum Dominum Rectorem et Universitatem sublatis difficultatibus, ut Clarissimorum Dominorum Doctorum omni meliori modo salarijs provideatq; conclusum.

Ad 5tum Id Clarissimi Domini Protomedici gratiæ et discretæ indulgentiæ committit; quidquid enim factum, id ex precipitantia, et inanimadvertentia factum intentionem calumniæ, aut lædionis honoris fuisse.

Ad. 6. sc. Puncta in Universitate proposita determinatum ea dexteritate Clarissimi Protomedici committenda, eaq; uti summe necessaria, et ex mente Facultatis (ut ex Actis eius constat) toti Universitati ad approbandum, et effectuandum à tota Facultate comendanda cum præcipuè ex parte examinis Practicantium ob cuius neglectum ab ignaris Medicis, periculacum damno multorum ægrorum impune dispensentur.

Ad 7mum Punctum Ad Clarissimo Domino Protomedico commissum et ad Universitatem in eo recurrendum, ut iuxta Statuta Studia floreant, et Facultatis honor in levipendium non trahatur.

Ad 8vum cum Universitate et alijs Facultatibus de eo conferendum eé declaratum.

Ad 9num Punctum cum Excellentissimo D[illegible]vese examini subijcere declaraverit, Puncta receperit, nunc verò renuat et quidem renitentiæ causam consilio Perillustris et Reverendi Petri Praczkiewicz S. Th. Doctoris & C. tum Clarissimorum DD. Doctorum Joannis Dzierzkowski et Josephi Czechiewicz, quod tamen ille ipse totties negavit, palam affingat, et loquatur, ita ut Facultatem contemnere videatur, constitutum est, ut iuxta Statuta ad examen dictum, ut ille (etiam adhibita Officii Dni Rectoris, et Universitatis authoritate, et maiori si opus fuerit,) ita eius exemplo omnes practicare volentes sine defectu apud quem de iure venerit urgeant, et prohibeant à curationibus advocati ad Facultatem cum nesciant quid in receptis scribant. De modo autem et effectu ulteriori sine mora deliberatione consultandum et ei providendum.

Ad 10mum determinatum capto ab alijs Facultatibus et Universitate consilio, et cum ijs sufficienti informatione differendum ad ulteriorem decisionem post quorum Punctorum determinationes secundo lectiones iuxta Professiones jam distributas ab antiquo acceptas sunt. Quæ verò non distributa de earum distributione ad Universitatem prævio Puncto à Magnifico Rectore in Convocatione fiat instantia. Et quidem M. Joannes Zaiączkowicz extraordinariam lectionem Anatomes in Quadragesima continuandam suscepit.

2 Clarissimus Dominus M. Stanislaus Zopacki de simplicibus in Julio perlegendam

3 Clarissimus Dominus M. Joannes ordinariam Fund. Posnaniensis de affectibus Thoracis, extra Convocationem se lecturum convocavit declaravit.

4 Clarissimus Dominus Josephus Częckiewicz Institutiones Medicas p. legendas suscepit.

Tertiò tandem loco iuxta Statuta per descensum electus est in Decanum Clarissimus et Spectabilis Dominus Josephus Częckiewicz Medicinæ Doctor et Professor.

Anno Domini 1707 in Augusto cœpit grassare Pestis Cracoviæ, prinde et studium non tantum Medicum sed omnium Facultatum expavit, et hæc pestis recrudescendo duravit ad Annum 1710 inclusivè.

Anno Domini 1710 Electus in Decanum Inclytæ facultatis Medicæ Clarissimus et Spectabilis D. M. Stanislaus Łopacki M. D. et P. C. C. Lectiones accepit
Anno D. 1711 die 15 Octobris Electus in Decanum Clarissimus et Spectabilis D. M. Joannes Zaiączkowic M. D. et P. C. C. Lectiones accepit. Sub eius Decanatu respondit pro loco M. Casimirus Juster M. D. Patauinus.
A. D. 1712. die 15 Octobris electus in Decanum Clarus et Spectabilis D. M. Joannes Dzidowski M. D. et P. C. C. Lectiones accepit.
A. D. 1713. die 15 Octobris electus in Decanum Clarus et Spectabilis D. M. Josephus Czerkiewic M. D. et P. C. C. Lectiones accepit quas regente Clarissimo et Spectabili D. Joanne Zaiączkowic Stratomiam. Clarus et Spectabilis D. Joannes Dzidowski de Morbis Thoracis Clarus et Spectabilis D. Casimirus Juster M. D. et C. Primum librum Institutionum Medicinæ s. Physiologiam in Quadragesima sequenti lani. Clarissimus vero et Spectabilis D. Stanislaus Łopacki tempore Vacationum Botanicam. Hoc eodem Anno 1714. die 22 Junij Clarissimus Decanus expleuit debitum Naturæ: post cuius obitum Clarus et Spectabilis D. Dzidowski Vir Antecedaneus Decanus admisit nostrum Decanatum Atq; Idem.
A. D. 1714. die 15. Octob: Edita Convocatione ad eligendum Decanum et electus est per decessum Clarissimus et Spectabilis D. M. Casimirus Juster M. D. et P. C. C. Lectiones accepit ut supra.
A. D. 1715 in Octobri Dum Confœderatio Statuum Reipub. contra Exoticum Militem ageret, non potuit die 15 Octobris interesse. Electo Decani quia impossibile erat Præsidium Eduentus Clarissimi D. Łopacki proinde Anno sequenti 1716 die 16 Februarij postquam ferror Militum Præsidiarium deseruit et exteros ad Civitatem ingredi permittebant. Electus in Decanum Clarissimus et Spectabilis D. M. Stanislaus Łopacki. Lectiones accepit. et in hac Convocatione præsidente Nouo D. Decano. Excellentissimus et Spectabilis D. M. Joannes Norbakowic M. D. Patauinus præsentauit priuilegium sui Doctoratus, in ordine ad respondendum pro loco inter Clarissimos DD. Doctores Medicinæ, et inuentum est optimum. Disputauit eodem Anno die 26 Martij. Die vero 30 eiusd. Mensis in Convocatione Facultatis specialiter extradita, incorporatus Facultati iuravit.
A. D. 1716. die 15 Octobris Electus in Decanum Clarissimus et Spectabilis D. M. Joannes Zaiączkowic lectiones accepit more solito Scholar. Idem D. Decanus Stratomiam Clarus D. Dzidowski de Morbis Renum et Vesicæ. Clarus D. Juster de Morbis Infantum. in Quadragesima legerunt. tempore Vacationum Clarissimus D. Łopacki Botanicam. Anno D. 1717 die 23 Julij Clarus D. Decanus fatis cessit post cuius obitum Vir Antecedaneus Decanus Clarus D. Łopacki continuauit Functionem Decanalem.
Anno D. 1717. Data Convocatio die 15 Octobris in qua Convocatione electus in Decanum Clarissimus et Spectabilis D. M. Joannes Dzidowski M. D. et P. C. Lectiones accepit et lecta Anno sequenti in Quadragesima Clarus Juster de Morbis Capitis. Clarus Nouakowic Institutiones Medicinæ. tempore Vacationum Clarus Łopacki Botanicam. Anno D. 1718 die 29. Martij Clarissimus D. Decanus debitum Naturæ solvit. et idem Decanatus redijt ad Antecedaneum.
A. D. 1718 die 30 Martij Data est Convocatio per Clarissimum D. Łopacki non tantum ad electionem Decani Antecedentem sed etiam Vti Seniorem Patrem Facultatis ad conferendum Decanatum, post obitum Clarissimi Decani, tum Audiendam petitionem Excellentis Casimiri Laskiewic P. L. D. et D. die 16 Februarij hoc Anno, iam per Clarissimum Dzidowski creati in Presentia DD. Doctorum, Medicinæ Baccalaurei Laurean Doctoralem obtinere volentis. Quantum ad 1m. Insistendo Antiquæ aliarum Facultatum consuetudini concludum est ad Convocationem Electionis Decani Regimen Facultatis sit penes Seniorem Patrem Facultatis tenens quem ordo tetigerit exacti Statutorum Decanus eligatur. Ad 2m Examinata petitione Excellentis Laskiewic Annuendum esse censuerunt. Sed quia ex perfunctione Examinum deuenire ad Extera debebat discessisse Rationes, ideo hoc punctum nullum sortitum est effectum.
A. D. 1718 die 15 Octobris. Data est Convocatio ad Eligendum Nouum Vti D. Decanum audiendas Lectiones Audiendam petitionem Excellentissimi Domini M. Gregorij Kostowski

Phiæ D. et in Hunori Collegio Matheseos Professoris Geometræ Iurati, S.R.M. Mathematici et Secretarij, Quæstii Collegæ Maioris; primam Lauream seu Baccalaureatum in Medicina assequi Voleatis colloquendum in eodem Negotio, tum ad Alia si quæ Dato loco Convocationi ad Im electus in Decanum Clarissimus et Spectabilis D. M. Casimirus Fuster Med. et P. C. C. Pauperum Medicus Ordinarius. Ad Quæ Lectiones acceptæ S. Clarissimus et Spectabilis D. Łopacki Botanicam in Vacationibus. Clarissimus et Spectabilis D. Fuster Anatomiam, Clarissimus et Spectabilis D. Bourkowski de Morbis Capitis. Clarissimus et Spectabilis D. Michałowski, Im partem Institutionum Medicinæ tempore Quadragesimæ. Ad Quam Audiendi petitio Excellentissimi D. Kostowski, ad 4tam in ordine ad obtinendum gradum Baccalaureatus in Medicina. Examen assignatum, et dies Examinis, tum Promotio eodem die minimum 17 Octobris. post Meridiem.

Anno eodem die 17. Octobr. Convocata Inclyta Facultate Medica ad stubam Communem Collegij Maioris. Examinatus fuit Excellentissimus D. M. Georgius Kostowski ex Institutionibus Medicinæ et propositis ipsi dubia sunt Varia, quibus repolutis et dato loco deliberationi, inventus est sufficiens tandem pro labore oblato cuilibet Dno Doctori spiritum Vno Hungaricali. Instituit petitionem solennem aperta stubâ præsentibus hospitibus et Bedellis Vnis et possit creari Baccalaureus Medicinæ. Cui breuiter Decanus respondit et facta in ipsius laudem breui Prophasi eundem Baccalaureum Medicinæ creauit, dans ei eam Authoritatem, quam Baccalaurei Medicinæ in hac Vniversitate olim habuerunt et habere debent, et vt ipse eâdem Prærogativa gaudeat, Authoritate Privilegiorum Facultatis Inclytæ Medicæ, concessit. Tandem apposuit in Vero refectionculam.

Ao D. 1719. die 15 Octobris Electus in Decanum Facultatis Clarissimus et Spectabilis D. M. Joannes Nowakowic M.D. et P. Consul Sacrarius. Lectiones Acceptæ vt supra. Sub hoc Decanatu in Mense Junij Creatus Baccalaureus Medicinæ Excellens M. Josephus Joannis Krzyzowski Leopoliensis Phiæ Doctor et Professor.

Ao D. 1720. die 15. Octobris in Consuetudine solita Electus Decanus Clarissimus et Spectabilis D. M. Ignatius Michałowski M.D. et P. C. C. Lectiones Acceptæ.

Ao D. 1721. die 25 Maij Clarissimus et Spectabilis D. M. Joannes Nowakowic M.D. et P. Consul Sacrarius Naturæ debitum solvit.

Ao D. 1721. die S. Hedwigis Electus Decanus Clarissimus et Spectabilis Dominus M. Stanislaus Łopacki. Lectiones vt supra acceptæ.

Ao D. 1722. Die S. Hedwigis. iuxta statuta. Electus Decanus Clarissimus et Spectabilis D. M. Casimirus Fuster. Lectiones acceptæ.

Ao D. 1723. die 15. Octobris ipso die Festo S. Hedwigis. Data est Convocatio ad eligendum Nouum D. Decanum, tum Audiendam petitionem Excellentissimorum et Spectabilium D.D. Medicinæ Leopoliensium Doctorum, et Accipiendas Lectiones. Ad Im concernebat quidem Decanatus per descensum Clarissimi et Spectabilis D. Michałowski, sed quia in Negotio primo disceptans Gratiosa, sive Sexta Decani Facultatis nec presens adfuit Convocationi, proinde iuxta statutum de Electione Decani adhibito expresso Consensu Magnifici Domini Rectoris in Decanum Facultatis electus Clarissimus et Spectabilis D. M. Stanislaus Łopacki. Ad cam Petitio Excellentissimorum Medicinæ Doctorum Leopoli praxin exercentium et in hac Vniversitate Phiæ Lauream habentium, facta per Clarissimum et Eximium D. D. M. Mathiam Dąbkiewicz S.R.P. Collegæ Maiorem Sacræ et Florentis Vrbis Procuratorem vti Plenipotentiarium videlicet, Quia Magnis Nebulo, atrox infamis quia Minister Justitiæ auctus est se Nouum Doctorem Medicinæ, cum quo prædicti Excellentissimi D. Doctores post Curiam S.R.M.tis de indebita Vsurpatione tituli Doctoralis iure agunt; vt ipsis Assistentia præbeatur. Ea Audita petitione ipsorum instetimus apud Magnificum D. Rectorem, quatenus dignaretur scribere ad Illustrissimum et Excellentissimum D. Supremum Regni Cancellarium Instantiled Nomine Facultatis, ad Im Lectiones acceptæ.

A. D. 1724 die 27 Martij Data est Convocatio per Clarissimum et Spectabilem D. M. Stanislaum Łopacki Decanum Facultatis, ad conferibenda et reformanda Statuta Inclytæ Facultatis Medicæ, eademq; porrigenda Magnifico

Domino Rectori Vt cum ipsius scitu inter Statuta Vniuersitatis post conflagrationem recenter per DD. Deputatos compilata inseratur. In qua Consolatione dato eidq loco conclusum Vt sequitur.

In Nomine Domini Amen.

Cum temporum Mutatione, antiqua potißimum Statuta, rigidè et exacte, propter varias, præsertim in orbe Polono, rerum Vicißitudines; Fundationum circiter ab Annis centum, vel intermißam Vindicationem vel casu aliquo amißionem, et quasi extinctionem: observare impossibile sit: ideò Inclyta Facultas Medica conformando se antiquæ praxi, quæ circa sui fundationem Annô Domini 1433 lata Statuta primùm Annô Domini MDXXV. et iterum Annô Domini MDXXXVI prò circumstantia temporum. et Necessitate Facultatis cum scitu Magnifici D. Rectoris, de consensu omnium Doctorum Inclytam Facultatem Medicam regentium reformauit: hanc præsentem, tàm ex Antiquis Statutis quàm etiam Conclusionibus Almæ Vniuersitatis et suæ Facultatis collectam Ordinationem, in Conuocatione die Vt supra 27 Martij 1724. præmissâ Maturâ deliberatione per Clarissimos DD. Doctores acceptatam perpetuò obseruandam constituit. Vtq. inter Statuta Vniuersitatis recenter compilata inseratur Magnifico Domino Rectori Supplicandum censuit.

Statutum Primum Antiquum.

De Electione Decani.

Decanus Facultatis Medicæ, per Vices inter Doctores Medicinæ ex ordine Promotionis aut Incorporationis eorum Vniuersitati decurret. iusta consuetudinem et morem Theologicæ et Iuridicæ Facultatis. per Annum geretur. Electio autem Decani semper fiet die Sanctæ Hedwigis, antè S. Galli, et eligetur præsens dumtaxat in Conuocatione, continuabitur, ordo per descensum ad Sequentes.

Statutum Secundum

De Lectoribus

Licet quidem Antiquitùs plures fuerunt Professiones quæ cum tempore extinctæ sunt. Nunc tantùm tres inueniuntur Videlicet Duæ Semestrales Anatomica et Botanica, tertia Ordinaria: proindè sic dispensantur vt Anatomica et Ordinaria tempore Quadragesimali: Botanica verò tempore Vacationum legantur. Quodsi quattuor Doctor aut plures in Facultate fuerint, tunc iusta placitum in Conuocatione Facultatis, accipient Lectiones.

Statutum Tertium ex Antiquis

De Auditoribus Medicinæ

Quicunq. Volunt vel per Promotionem vel Responsionem inter Doctores Medicinæ Vniuersitatis habere locum, debet priùs ad minimum per Duos Annos sub Doctoribus audire lectiones, nisi cum ipso ex causis legitimis dispensatum fuerit. Hoc idem intelligendum de illis qui more Hospitum et non ad Cathedram sunt promouendi.

Statutum Quartum ex Antiquis

De Promouendis ad Baccalaureatum Medicinæ.

Nemo potest Doctoratum in Medicina assequi, nisi priùs Baccalaureus Medicinæ creatus fuerit. Debet autem Baccalaureandus Lectiones

audire sub Doctoribus per Biennium [excepto casu, in quo dispensari potest ex Causa legitima] quibus auditis petat Decanum Facultatis Vt extradat Conuocationem ad audiendam petitionem Ipsius: quâ propositâ examinari debet tempore sibi assignato. Expleto examine Baccalaureandus dabit Singulis Doctoribus Facultati incorporatis in eadem Conuocatione presentibus Vnum Aureum Nummum Hungaricalem. Decano verò Facultatis Vltrà Hungaricalem pro sui in Baccalaureum Promotione privil. conuenien. Tandem à Decano Facultatis inuitatis hospitibus creabitur Baccalaureus.

Statutum Quintum. ex Antiquis

De Promouendis ad Doctoratum Medicinæ.

Creatus Baccalaureus Medicinæ tenebitur Vt supra Sub Doctoribus audire Lectiones per biennium, Salua dispensatione. Tandem petet à Decano Facultatis dari Conuocationem in qua intentionem suam explicabit. Qua admissâ, et reposito Honorario pro Promotione, recommendabitur D. Procancellario pro tunc existenti Vt sibi aperiatur examen, prò Doctoratu. Expleto examine supplicabit eidem D. Procancellario in examine presenti Vt sibi det licentiam accipiendi gradum Doctoratûs. Qui si idoneus, ac in Medicina benè fundatus, sub onere conscientiæ repertus fuerit in petitione sua excludetur. Tandem proponentur ipsi Articuli super quibus iurare debet ad S. Euangelia quos ipse per se legat iuxta hanc formam.

Ego N. Juro, quòd in omnibus licitis et honestis me conformabo Almæ Matri Vniuersitati Nostræ. Item quod Omnes Doctores Vniuersitatis Nostræ et præsertim Medicæ Facultatis, honorabo, venerabor et reuerebor verbis et factis, semper et vbiq; locorum. Item Statuta eiusdem Facultatis Medicæ, seruabo et cum effectu explebo. Insignia Doctoralia in nulla alia Vniuersitate præter istam, recipiam. Sic me Deus adiuuet et hæc Sancta Dei Euangelia.

Euangelium Sanctum. Luc. XI. 27.

In illo tempore Loquente IESV ad turbas extollens quædam Mulier Vocem de turba dixit illi. Beatus Venter qui te portauit et Vbera quæ suxisti. at ille dixit. Quinimò Beati qui audiunt Verbum DEI. et custodiunt illud.

Quòd si autem aliquis non onore Hospitum sed ad Cathedram promoueri velit, tunc antè omnia debet Lectiones audire, tandem petere Conuocationem Facultatis, nimirum Vt se recommendet etiam Vniuersitati in proxima Conuocatione Vniuersitatis: et debet petere punctum à Magnifico Dno Rectore dari: Sicq. ad recommendationem Facultatis, obtentâ gratiâ Vniuersitatis ea omnia explebit Vt supra; eò addito quòd in dicto Promotionis Quæstionem Medicam debebit proponere à DD. Doctoribus oppugnandam Magistraliter.

Statutum Sextum ex Antiquis

De alibi Promotis, Nostræ Vniuersitati ac Medicæ Facultati incorporari Volentibus.

Alibi Promotus Volens Vniuersitati et Facultati Medicæ incorporari:

ante omnia docere debet de suis studijs et legitima sui in alia Universitate Promotione, tùm quòd in hac Universitate in Facultate Philosophica per biennium saltem Lectiones legerit, actus Philosophicos absolverit et Facultati Philosophicæ incorporatus fuerit. tùm quia sub Doctoribus Medicæ Facultatis per biennium Lectiones audiverit videlicet explicationi earum adfuerit.. Quod probare debet in Convocatione per Decanum Facultatis extradita. Posset in eadem Convocatione debet instituere petitionem ut ipsum Facultas recommendet Universitati in futura Convocatione ejusdē Universitatis, teneturq. petere punctum dari à Magnifico Domino Rectore, ad audiendam suam petitionem. Obtentā gratiā Universitatis idq. ad recommendationem Facultatis; commodō tempore obligatur Quæstionem Medicam Magistraliter decidendam priùs Doctoribus proponere; quam Decanus Facultatis priùs factā privatā conferentia cum alijs Doctoribus approbabit. Instante tempore Responsionis petet dari à Decano Facultatis Convocationem in qua ipsi determinabitur tempus Responsionis: et tunc tenetur explebit juramentum ut supra de Promovendis, præter ultimum punctum: et Statim dabit D. Decano tres aureos Hungaricales singulis autem Doctoribus duos: Universitati autem ad manus D. Procuratoris pro eo, quòd adeat ipsius Responsioni florenos monetæ currentis centum, inter Universitatem distribuendos. Magnifico Domino Rectori pro extraditione Mandati ad actum Suæ Responsionis, Unum Aureum Hungaricalem.

Adveniente die Responsionis, auditō Sacrificio Missæ ad Mausoleum Divi Joannis Cantij: descendet ad Lectorium D.D. Theologorum ibidemq. presente Universitate. absolvet suum actum, hoc videlicet modo. Primò premissā præfatione invocatō S.mō Spiritu, ad decisionem Quæstionis magistraliter descendet, quam ipsi decidet aliquis ex Magistris et Doctoribus Philosophiæ aut Baccalaureus Medicinæ. Postea Professionem Fidei Catholicæ juxta solitam formam faciet: Orationem in laudem Medicinæ peroravit, et hāc finitā Quæstionem Magnifico Domino Rectori et DD. Doctoribus oppugnandam dedicabit. Ultimò gratiarum actionem instituet. Domi verò Convivium Universitati pro eundo ingressu apparabit. Ipse vero Respondens ad Argumenta Clarissimorum Doctorum respondere tenebitur

Statutum Septimum ex Antiquis

De Incorporatione Facultati.

Facta Responsione in futura Convocatione Facultatis petet Incorporandus dari punctum ad incorporandum se Facultati tùm præstandum Juramentum, [nisi illud jam præstitit] quod habetur in Antiquis Statutis ad tactum pectoris, tale: Testor Deum Omnipotentem, Patrem, Filium et Spiritum Sanctum me, quantum in me erit, et quantum ingenium meum valebit hæc omnia observaturum, quæ hoc juramento continentur. scilicet Hanc artem et Præcepta ejus, omnia liberè et fideliter traditurum meis, et Præceptoris mei cæterisq. Discipulis, qui se Legibus Medicinæ adstrinxerunt. Præterea in curandis Ægrotis pro viribus et

et pro ingenio meo rebus necessarijs fidelitèr Vsurum; Nemini Agritudinem dilaturum; Nihil per iniuriam factorum; rogatus lethale Venenum Nemini daturum; Nec Mulieri pregnanti ad interficiendum conceptum fœtum potionem porrecturum; Vitam meam atq; Artem puram ac integram seruaturum; laborantes lapillo seu calculo haudquaquam excisurum sed expertis huius Artis hoc Negotium permissurum; quamcunq; domum ingressus fuero, liberandis Agrotis operam daturus, omnem iniuriam, omnem corruptelam omne genus turpitudinis, res etiam Venereas euitaturum; siue Muliebria corpora curauero, siue Virilia, quæ inter curandum Videro, Vel audiero, Vel etiam extra curam in Vita hominum cognouero, quæ reticenda esse intelligam, nemini aperturum; sed integerrimam taciturnitatem seruaturum; præsens igitur Iuramentum integrè atq; incorruptè seruanti mihi, omnia tàm in Vita, quàm in Arte mea, prospera felicia, succedant, et gloria in æternum parata sit, transgredienti verò atq; periuro contraria omnia eueniant. Amen.

Statutum Octauum ex Antiquis

De Promotis alibi Praxim Medicam exercere Volentibus.

Rediens aut Veniens ex Exteris Nationibus debet suum Priuilegium præsentare Facultati Medicæ per Conuocationem congregatæ et petere licentiam practicandi Medicinam: Inclyta Facultas cognita sufficientia ipsius annuet: et ipse præstabit Iuramentum vt supra. Dabitq; Facultati in Vino refectiunculam. Quod si petere licentiam contempserit, aut non obtenta practicauerit, extunc incapax erit Accessûs ad Vniuersitatem. Si verò fuerit Extraneus, monendus erit Nomine Magnifici Domini Rectoris, et Decani Facultatis, vt se præsentet Facultati; aliàs agendum contra ipsum in Foro competenti.

Statutum Nonum ex Antiquis.

De Prouisione Infirmorum.

Statuimus et districtè præcipimus omnibus et singulis circà Infirmorum tabulam Practicantibus, eorum conscientijs committendo, Vt si necesse fuerit, antè omnia moneant et inducant tàm Infirmum quàm Astantes, Vt primùm de remedio Spirituali prouideatur Infirmo, et demùm Manus suas porrigant adiutrices.

Statutum Decimum

De Circulatoribus et Agyrtis.

Cum Vita Hominis semel ablata amplius restitui non possit, proindè obuiando abusibus Circulatorum et Agyrtarum, qui protinùs suas Vel Panaceas Vel Secreta Medicamenta, adhibent, et sæpissimè homines occidunt. Declaramus, quòd quicunq; Circulator Vel Agyrta Facultatem Venerit, ipse debeat se præsentare Domino Decano et Doctoribus Facultatis, et ab ipsis petere licentiam suum Specimen exercendi:

alias si id non fecerint contrà ipsum licitum erit cuilibet in foro competenti agere, cùm præsentia Magnifici Domini Rectoris et Alma Universitatis.

Statutum Undecimum.

De Absentibus Interpretato.

Absentes à Convocationibus et alijs actibus, illi intelligendi sunt, qui ob privatas causas se absentant. Illi verò qui veré impediti sunt, aut in aliquo publico Negotio, cum scitu Magnifici Dñi. Rectoris, et Decani Facultatis profecti fuerint, pro Præsentibus habeantur.

Hæc itaq; Statuta perpetuò observanda Nos Doctores Facultatis subscribimus.

M. Stanislaus Antonius Łopacki Medicinæ Doctor ac Professor ordinarius eius Fac. Facultatis Decanus. Et Senior Later. Mp.

M. Casimirus Fuater Med. Doctor et Professor. mpp

M. Ignatius Michałowski Med. Doctor Ordinarius Prof. mpp

S. R. M. Privilegiatus Mathematicus mpp

Anno Domini 1724. Die 14 Octobris pridiè Festi S. Hedwigis hoc est die Saturni, Data est Convocatio ad Eligendum Clarum D. Decanum Inclytæ Facultatis Medicæ, Accipiendas Lectiones tum ad ea si quæ proponentur. Electus itaq; in Decanum per discessum, Clarissimus et Spectabilis Dominus M. Casimirus Fuater M. D. et P. C. C. Pauperum Medicus Ordinarius. Lectiones ex Ordine acceptæ. Videlicet Clarus et Spectabilis D. M. Stanislaus Łopacki Anatomiam Clarus et Spectatus Dom. Casimirus Fuater Botanicam, Clarus et Spectatus D. M. Ignatius Michałowski de Morbis Capitis.

Anno Domini 1725. die 25. Junij Data est Convocatio Inclytæ Facultatis Medicæ ad audiendam petitionem Excellmi D. M. Antonij Laskiewicz pro Doctoratu Medicinæ Romæ promoti Volentis petere licentiam in Universitatis Convocatione respondendi pro loco inter Clarmos DD. Doctores Medicinæ; legendum Privilegium Doctoratus Eiusdem auscultandum Juramentum per Eundem prestandum. item ad alia si quæ proponentur. Datò loco Convocationi, Annuit Inclyta Facultas petitioni ipsius, postea lectum Privilegium eiusdé Promotionis, et inventum est bonum. Tandem prestito Utriusq; Juramento, primò juxta Statutum quintum, ad S. Dei Evangelia secundò juxta Statutum Septimum ad tactum pectoris. post Convocationem dedit refectionem in Vino.

Anno Dñi 1725. Die 15. Octobris. Data erat Convocatio juxta solitam Consuetudinem ad eligendum D. Decanum Inclytæ Facultatis Medicæ per discessum; et ad acceptandas Lectiones profuturo anno; sed quoniam profunc Clarissimus Noster ac Spectatus M. Casimirus Fuater Medicinæ Doctor Botanicus Professor, Consulfraciensis interea Facultatis Medicæ Decanus, Valetudinarius existebat; ideo Sequenti Clarissimo Dño Magnato Michałoski Medicinæ Doctori, Ordinario Professori, S. R. M. Nostro Privilegiato Mathematico, Consulfraciensi, Collegæ suo, Sigillum et Statuta Medicæ Facultatis remisit, et Ut munus Decanale pro futuro anno obeat Votum suum apposuit. Qui tandem Clarissimus D. Fuater d. 3. Octobris A. D. 1726. h. 6. ante meridiem Insignia Decanale videl. colaris collaricæ ex Ducato Argenteo Stamine, Una cum Calero Doctorali Nobilis Successori Inclytæ Facultati Medicæ tradiderunt.

Eligitur Decanus Facult. Medicæ Clarissimus Dñus Michałoski.

Eligitur Decanus Clarissimus D. Łopacki.

Anno Domini 1726. 8. 15. 8bris. Data erat Convocatio Stata die S. Hedvigis Electa, ad eligendum D. Decanum per decessum, et ad accipiendam Lectionem per Clarissimum D. M. Ignatium Michatski Medicinæ Doctorem, post data Clarissimi D. Mater Botanicæ Professoren, Vacantem et per alia Universitatem in Convocatione Ordinum Academicorum eidem collatam. Sed quoniam ex gravi morbo lecto affixus erat Idem Clarissimus D. Michatski; ideo Clarissimo Dño M. Stanislao Łopacki Primario Medicinæ Doctori Anatomiæ Professori, Seniori Consuli Cracoviensi, Sigillum ferreum et Librum Statutorum majus et minus remisit, consulendo de bono Facultatis et ordato statu ejus obligavit.

Incorporatio Facult. Medicæ Excell. D. Lasklewic M. D. et eligitur Decanus Clarissimus D. Michatski.

Anno Domini 1727. 8. 15. 8bris. Data est Convocatio per Clarissimum Dnum Decanum Inclytæ Facultatis Medicæ ad incorporandum in Medica Facultate Excell. D. M. Ebrotonium Lasklewicz Medicinæ Doctorem, die 6. præsentis de Podagra Quæstione accepta et in Responsione publica examinata, et consueto Almæ Universitati dato. In qua Convocatione post completum Juramentum fol. in Statutis contentum Inclytæ Facultati Medicæ incorporatus est. 2do ad eligendum D. Decanum pro Anno currenti 1727. Unde per discessum Clarissimi D. M. Stanislaus Łopacki Med: Doct: et Anat: Prof: Senior Consul Crac: antecedaneo Decanus tam insigne regimen Sigillum Ferreum quàm etiam Pragonicam rosei coloris semidigesto obducta alias postamie Una cu Libris Statutorum majori et minori recipivit. Salendq; quoq; remittere declaravit, et remisit.

Obtinet Facultas et Alma Universitas Latres Exientes Sanctæ per obtentam Facultatem à Pont: et Ordinario Dño Michaele de Gianow Wodzicki Canonico et Officiali Generali Cracoviensi, Custode Wislicensi, instantiâ exponendi Almo Festo S. Lucæ Patroni Facultatis Nostræ in Ecclesia Collegiata S: Os:

Anno eodem 8. 18. 8bris: Insistendo Statuto et Ordinationi per Clarissimos Dnos Doctores in hac Facultate vero Inclytæ Facultati Medicæ pro absolvenda Devotione ad S. Lucam Evangelistam Patronum Facultatis Nostræ, Ut in præsidio Sanctissimum et Venerabile Sacramentum exponat coram Majori altari in Ecclesia Collegiata S: Omnium Sanctorum: Ubi quondam Doctores hanc Devotionem ad hunc Sanctum absolvebant modò ad aliquot Annis eandem neglexerunt; quâ absolutâ ad Laudem Dei Omnipotentis et S. Lucæ. Ut in posterum pro subsequentibus Annis Clarissimus D. Decanus Facultatis Nostræ pro tempore existens ad similem diligentiam admoneat et sumptus impendat, si possibile est eundem ab his symbolis colligendo Dnis. Medicis Facultati non incorporatis, Medicinam tamen practicantibus; siquidem Facultatem nullos habendo proventus et accidentia, adhuc ab Ægyptis damnificatam, decrevarunt. Utitaq; pono præsentem exemplo Clarissimus D. M. Joh: Michatski Med: Doct: et S. præsens Decanus Una cum Clarissimo D. M. Antonio Lasklewicz Med: Doct: eundem sumptu solverunt, cui per Bidellos fuerunt requisiti et invitati hec compleverunt, nec quidquam dederunt.

Copia Brevis Apostolici Martini V. Papæ. deprompta ex Originali in Archivo Universitatis existente.

Constituuntur à Martino Papa Conservatores et Judices Abbas Claræ Tumbæ et Decani Gnesnen et Vratislavien.

Martinus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Abbati Monasterij Sanctæ Mariæ in Clara Tumba Cracovien Dioc: et Gnesnen ac Sancti Joannis Vratislavien Ecclesiarum Decanis Salutem et Apostolicam benedictionem. Si cunctis quos diversitas status includit adversis ledere sustentium conatus ex injuncto fidelis servitutis Officio Paternis debeamus assistere affectibus illis dignum qui Virtutum cujus tam Deum quam Natale eorumq; studijs per quos et honorabilium bonorum notitia panditur Justitiæ, cujus tam Deum quam Natale Jus dignum incedit rectitudine stabilitur fundamentum Variis oblectationibus semotis insistere non negligeant potissimis nos decet Conservationis adesse præsidijs, idque tutis efficere curis, Ut ex quietis et tranquillitatis meritis præsidio à cunctis oppressionibus atque turbationibus relevemur. Sanè dilectorum Filiorum Rectoris et Universorum Doctorum Magistrorum et Scholarium Universitatis studij Cracovien congruâ relatione percepimus, quod nonnulli Archiepiscopi, Episcopi, aliiq; Ecclesiarum Dioc: et aliarum partium diversarum occupant et occupari fecerunt Castra, Villas et alia loca terras, domos, possessiones Jura et Jurisdictiones, nec non fructus Census, reditus et proventus Rectoris, Doctorum Magistrorum et Scholarium prædictorum et nonnulla alia bona mobilia et immobilia spiritualia et temporalia ad Rectorem Doctores Magistros et Scholares prædictos spectantia, et ea detinent indebitè occupata, seu ea detinentibus præstant auxilium consilium vel favorem, nonnulli etiam Civitatum et Dioc: ac partium prædictarum qui Nomen Domini in Vacuum recipere non formidant, eisdem Rectori, Doctoribus, Magistris et Scholaribus super prædictis Castris, Villis et locis aliis terris domibus possessionibus, Juribus et Jurisdictionibus fructibus, Censibus reditibus et proventibus eorundem et quibuscunq; aliis bonis mobilibus et immobilibus, spiritualibus et temporalibus et aliis rebus ad eosdem

eosdem Rectorem, Doctores et Magistros Scholares spectantibus multiplices molestias et injurias infe-
runt et jacturas. Quare dicti Rector. Doctores Magistri et Scholares Nobis humiliter supplicarunt, Ut cum eis-
dem Valde reddatur difficile provinciis quibuslibet ad Apostolicam Sedem habere recursum providere ipsis
super hoc paterna diligentia curaremus. Nos igitur adversus occupatores detentores, presumptores, molesta-
tores et injuriatores hujusmodi illo volentes eisdem Rectori, Doctoribus, Magistris et Scholaribus remedio
subvenire per quod ipsorum compescatur temeritas et alijs aditus committendi similia prebeatur Discretio-
ni Vestre per Apostolica Scripta Mandamus, quatenus Vos vel duo vel unus Vestrum per Vos vel alium seu ali-
os etiam si sint extra loca in quibus deputati estis Conservatores et Judices prefatis Rectori Docto-
ribus et Magistris et Scholaribus efficacis defensionis presidio assistentes, non permittatis eosdem super his
et quibuslibet alijs bonis et juribus ad Rectorem, Doctores Magistros et Scholares predictos spectantibus ab eisdo
vel quibusvis alijs indebite molestari vel eis gravamina vel damna seu injurias irrogari, facturi dicti
Rectori, Doctoribus Magistris et Scholaribus cum ab eis vel Procuratoribus suis aut eorum alteruo fueritis re-
quisiti de predictis et alijs personis quibuslibet super restitutione hujusmodi castrorum, villarum terrarum et
aliorum locorum, jurisdictionum, Jurium et bonorum mobilium et immobilium, reditibus quoq; ac proventuum
et aliorum quorumcunq; bonorum, necnon de quibuslibet molestijs injurijs atq; damnis predictis et alijs
in illis videlicet quæ judicialem requirunt indaginem, summarie de plano sine strepitu et figura Judicij, in alijs
vero prout qualitas eorum exegerit justitia Complementum, occupatores seu detentores, presumptores molestato-
res et injuriatores hujusmodi necnon Contradictores quoslibet et rebelles cujuscunq; dignitatis status gradus et
conditionis existerint quandocunq; et quotiescunq; expedierit Authoritate Nostra per Censuram Eccles. aba-
cam appellatione postposita compescendo invocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij Secularis, non obstanti-
tam felicis Recordationis Bonifacij Papæ VIII. Predecessoris Nostri in quibus cavetur, ne aliquis extra suam Civi-
tatem et Dioc. nisi in certis exceptis Casibus, et in illis Ultra Unam Dietam a fine suæ Dioc. ad Judicium evoce-
seu ne Judices et Conservatores a Sede Predicta deputati extra Civitatem et Dioc. in quibus deputati fuerint Con-
tra quoscunq; procedere sive alij sive alijs Vices suas committere aut aliquis Ultra Unam Dietam a fine Dioc.
eorundem trahere præsumant, dummodo Ultra duas Dietas aliquis auctoritate præsentium non trahatur, sed
quod de alijs quam de manifestis injurijs et violentijs et alijs quæ judicialem requirunt indaginem, plenis
in eos si vos eligerint et in id procurantes adjectis Conservatoris nullatenus se intromittant quam alijs
quibuscunq; Constitutionibus a Predecessoribus Nostris Romanis Pontificibus tam de Judicijs Delegatis et Con-
servatoribus quam personis Ultra certum Numerum ad judicium non vocandis aut alijs edictis quod nocere po-
sent in hac parte Jurisdictioni aut potestati ejusq; libero Exercitio quomodolibet obviare. seu si aliquibus com-
muniter vel diversis a Predicta Sede Indultum quod excommunicari suspendi vel interdici seu extra vel Ul-
tra certa loca ad judicium evocari non possint per Literas Apostolicas non facientes plenam et expressam ac
de Verbo ad Verbum de indulto hujusmodi et toto persone Locis Ordinibus et Nominibus propijs mentio-
nem ex qualibet alia dicta Sedis indulgentia generali vel Speciali cujuscunq; tenoris existat per quam
præsentibus non expressa vel totaliter non inserta Vestra Jurisdictionis Explicatio in hac parte Valeat
quomodolibet impediri, et de qua cujusq; toto tenore de Verbo ad Verbum habenda sit in Nostris Literis men-
tio specialis. Cæterum Volumus et Authoritate Apostolica decernimus quod quilibet Vestrum prosequi Valeat
articulum etiam per alium inchoatum quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico prædictus quo
a Data præsentium sit Vobis et Uniciuiq; Vestrum in præmissis omnibus et eorum singulis captis et non captis præ-
sentibus et futuris perpetuata potestas et Jurisdictio attributa Ut eo tryore cæque firmitate positiva præ-
missis omnibus captis et non captis præsentibus et futuris prædictis procedere, acsi prædicta omnia et singula
coram Vobis capta fuissent et jurisdictio Vestra et cujuslibet Vestrum in prædictis omnibus et singulis per si-
tationem seu alium modum legitimum perpetuata extitisset Constitutione prædicta super Conservatorib;
et alia qualibet in contrarium edita non obstante. Datum Romæ apud Sanctos Apostolos XIV Kalendas Maij
Pontificatus Nostri Anno Duodecimo.

C. C.
N. de Dammiano
S. Garnerij.

(Sigillum pensile plumbeum ex una parte faciei SS. Apostolorum ex altera Martinj PP. V.)

J. Cincius
pro Cincio

Jo: de Xuaria.

Copia Privilegij Serenissimi olim Sigismundi I. Regis Poloniæ coram Actis oblati.

Actum Petricoviæ in Judicijs Ordinarijs Generalibus Tribunalis Regni Feria Quinta post Festum SS. Trium Regum proxima. Anno Domini. Millesimo Sexcentesimo, Octuagesimo Quarto.

Ad Judicium præsens Ordinarium Generale Tribunalis Regni Petricoviæ Actaq; Judicij ejusdem personaliter Veniens Nobilis et Excellens Dominus Albertus Casimirus Kezler Serenissimi Regis feliciss. nobis Regnantis Botanicus et Medicinæ Doctor, in Alma Universitate Cracoviæ Actualis Togatus Originis Annorum Professor, suo et Almæ Universitatis Academiæ Cracoviæ Nomine obtulit Judicio præsenti et ad acticandum porrexit Extractum Oblationis Privilegij intro content. ex actis Tribunalitijs Regni Lublinensis authenticè depromptum, sanum, sahum et illæsum, petens illud à se Offerente suscipi, cujus affectationi Vir. justâ et legi publicæ consentaneâ Judicium præsens inhærendo hoc idem Extractum in acta Judicij sui ingrossari mandavit de tenore sequenti: Actum Lublini in Judicijs Ordinarijs Gradalibus Tribunalis Regni Feria Tertia in Crastino Festi Sanctæ Luciæ Virginis et Martyris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Octuagesimo Tertio. Judicium præsens Ordinarium Generale Tribunalis Regni Lublinense ad personalem Nobilis et Excellentis Alberti Casimiri Kezler Professoris Togati Almæ Academiæ Cracoviæ, Sacræ Regiæ Majestatis Botanici et Medicinæ Doctoris, suo coram Judicio judicialiter factam Comparitionem et Privilegij à Serenissimo olim piæ memoriæ Sigismundo primo Rege Poloniarum oblationem, hoc idem Privilegium ex actis Castrensibus Capitaneatibus Cracoviensibus authenticè depromptum ad acta Judicij sui suscepit, ijdemq; de eo qui sequitur tenore. Ad Officium et acta præsentia Castrensia Capitaneatia Cracoviensia personaliter Venientes Admodum Reverendi Stanislaus Wiechowicz Sacræ Theologiæ Sententiarius et Procurator Universitatis Almæ Academiæ Cracoviensis, et Albertus Sapienkowicz Sacræ Theologiæ Professor Canonicus Sancti Floriani Separatæ ad Cracoviam sitæ suo et totius ejusdem Universitatis Almæ Academiæ Cracoviensis Nomine obtulerunt ad acticandum Officio præsenti Castrenali Capitaneali Cracoviensi Literas infrascriptas Sacræ Regiæ Majestatis, à Serenissimo olim piæ memoriæ Sigismundo primo Rege Poloniæ eidem Universitati Almæ Academiæ Cracoviæ et Professoribus ratione infrascriptorum benignè collatas, manu ejusdem olim Sacræ Regiæ Majestatis subscriptas, et Sigillo pensili in Zona Sericea sigillatas, petentes easdem Literas à se affectantibus per Officium præsens suscipi, et in acta sua inseri admitti. Quorum affectationi Officium præsens annuendo, Literas easdem infrascriptas à præfatis Offerentibus suscepit, et in acta sua inseri mandavit, quarum Literarum tenor sequitur est q; talis. Sigismundus Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ q; Dominus et Hæres. Significamus tenore præsentium quibus expedit Universis. Quia grata habentes Universitatis Scholæ Nostræ Cracoviæ merita, quibus Regnum Nostrum indies magis ac magis illustratur, cum honestis Literarum studijs ab ejusdem Gymnasij Nostri Doctoribus Juventus erudita tam ad pacis, quam ad belli maturescit consilia indeq; proderunt Cultui Divini et Reipublicæ hujus acerrimi Defensores et Propugnatores et populo Nostro Regimini a Majestate Divina subjectos, ad Laudem Dei Omnipotentis Ecclesiæ incrementum, Patriæ Charissimæ decus et gloriam, sublatâ de medio ignorantiæ feritate, in omni doctrina et scientia eruditus cernitur, Ut tanta hæc hujus Scholæ erga nos Regnumq; Nostrum merita non remaneant irremunerata, Serenissimi Regis Vladislai Jagellonis Avi et Antecessoris Nostri Regis Gloriosissimi vestigijs inhærentes, omnes Doctores Studij præfati Sacram Theologiam, Jus Canonicum, Medicinam, Leges aliasq; honestas Scientias et artes Liberales profitentes, novis favoribus et gratijs augere volumus, quo eos ad Uberius de Nobis Regnoq; Nostro bene merendi studium tali benevolentiæ Nostræ testificatione accendamus. Motu proprio itaq; motu Nostro præfata merita attendentes, quæ Universaq; secundum Justitiam pari gratia remunerari debemus, de Prælatorum Baronumq; Nostrorum Consilio et assensu præsenti hoc Nostro Diplomate statuimus perpetuis deinceps temporibus et in futurum, ab omnibus cujuscunq; status et conditionis Hominibus inviolabiliter observandum. Quod Doctores præfati et Professores actu legentes, etiamsi non ex Nobilibus Regni Poloniæ Indigenis Parentibus progeniti fuerint, ad quævis in Regno Dominijsq; Nostris Dignitates tanquam emeriti, valeant accedere, nullius q; omnino dignitatis, muneris, vel officij tam Spiritualis quam Secularis

Senatorij.

Nobilitantur Doctores et Professores per 20 annos laborantes à Serenissimo olim Sigismundo Primo Rege Pol. et ipsorum Posteri.

Senatorij et Equestris existant inhabiles, Satius enim est gestis proprijs florere, quàm Majorum opinione Uti, nec major Nobilitas est ea, quæ propriis Virtutibus comparatur; Bona quæris terrestria Valeant acquirere et possidere, ac omnibus Libertatibus, honoribus et Privilegijs, quibus Nobiles Regni Nostri Indigens gaudent, Ipsi quoq; gaudeant et fruantur. Quod etiam ad eos omnes extendimus, qui Scholæ prædictæ Rectoris Generalis Ordinatione ad Ecclesias, vel in alijs locis quibuscunq; in Regno Scientias profitentur aut eadem quovis alio modo exercent et tractant; Et quoniam Romani Imperij Legibus statutum est Doctores per Viginti Annos publicè Lectioni in Universitatibus operam dantes suæ Nobilitatis non solùm in personam suam acquirere, Verùm etiam ad Successores suos legitimos in perpetuùm transfundere, laudabilem hanc Legem Nos quoq; Scholæ Cracoviensi in Regno Dominijs q; Nostris in perpetuum concedimus et ex Regia Munificentia Nostra largimur. Statuimus Ut omnes Doctores et Professores, qui in Nostro Gymnasio per Viginti Annos continuè Lectioni publicæ operam dederint, ad prolem quoq; suam ex legitimo Matrimonio conceptam omne Jus prærogativæ et Dignitatis Nobilitaris transfundant, sitq; dicta proles cum suis Legitimis Descendentibus Utriusq; sexus capax in eum, in Regno Dominijsque Nostris omnium Dignitatum, Libertatum et prærogativarum tam Spiritualium quàm Temporalium Statum Equestrem concernentium, Valeantq; accedere ad quoscunq; Regni Nostri honores, munera et officia bona quæris Terrestria possint acquirere et acquisita sine gravi angustia quovisq; Vocabulo censeantur possidere, si in eadem Schola in loco Patrum suorum permanserint, sive alibi semet transtulerint, more aliorum Regni Nostri Nobilium Viventes, Expeditionem tamen bellicam una cum alijs Nobilibus Regni Nostri si Professores actu legentes non fuerint, ea Professionibus suis obire tenebuntur, more aliorum Nobilium servientes, juxta Regni Nostri statuta. Hæc quidem omnia et singula de plenitudine Regalis Nostræ Potestatis prædictæ Scholæ Nostræ Cracoviensi eiusq; Doctoribus et Professoribus damus, donamq; et concedimus perpetuò et in Perpetuum. Quod omni meliori modo esse Volumus, ac defectus omnes si qui in eadem Donatione Statutoq; Nostro fuerint, auctoritate Nostra Regia supplemus, non obstantibus quibuscunq; in contrarium prædictorum, quibus hisce Nostris nisi eisdem inserta essent, pro hac parte derogamus. Per hanc autem Donationem Nostram et Statutum non intendimus derogare quidquam antiquis Prædecessorum Nostrorum Regum Poloniæ et Nostris eidem Universitati concessis quomodocunque Privilegijs, imò eadem prædictis hisce inserta esse, approbamus, ratificamus et innovamus. Nulli ergo omninò Hominum cujuscunq; Status, gradus et Dignitatis fuerit, liceat Unquam contrà hanc Nostræ Donationis, Statutiq; Decreto et Privilegio, in aliquo contravenire, vel de eodem in contrarium judicare, quodsi attentatum id fuerit, totum irrane et irritum esse declaramus. Pro Serenissimis autem Successoribus Nostris Poloniæ Regibus promittimus, quod ipsi hoc Privilegium Nostrum in omnibus et singulis punctis manutenebunt, nec Unquam eidem publicè et privatim contravenire permittent, quinimò serio in eusmodi Contraventores animadvertent et contraventiones ejusmodi graves injustas et iniquas cassabunt et annihilabunt. In quorum omnium et singulorum Fidem, robur, ac testimonium præsentes Manu Nostra subscripsimus, eaedem Sigillo Nostro communiri mandavimus. Datum Cracoviæ Feria Quarta in Crastino Festi Sancti Laurentij Martyris Anno Domini Millesimo Quingentesimo Trigesimo Quinto, Regni Nostri Anno Vigesimo Nono. Relatis Reverendissimi in Christo Patris Domini Petri Episcopi Cracoviensis et Regni Poloniæ Vicecancellarij. Sigismundus Rex. Cujus quidem Literarum Originale ijdem Referentes ibidè ad Officio præsentis redeperunt. Actum in Castro Cracoviensi Sabbatho post Dnicam Oculi proxime. Anno Domini Millesimo, Sexcentesimo Quinquagesimo Quarto. Correxit Fatejowicz manu propria. Locus Sigilli. Stephanus Wizski Vicecapitaneus et Judex Causarum Officij Castren Cracovien manu propria inscribi et ingrossari mandavit. Originale Verò superius inserti Privilegij eidem Referenti extraditum est, de quo recepto et sibi extradito Cancellarium præsentibus quietavit. Correxit Kolichowski. Locus Sigilli Loci illius. Joannes Casimirus Hanski Notarius Terrestris Lublinen manu propria. Originale Veri prædicti inserti extracti post ingrossationem ejus in Acta præsentia suprascriptus Referens ruisus ad se recepit, de eoq; recepto Judicium præsens et Cancellarium ejus quietavit quietatiq; præsentibus.

Nicolaus Myelski Capit: Solen Judex T. Siradien. (Locus Sigilli Aquilla cera rubra signata)

Kowalski.

Legit Rozynski.

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
Colour Chart #13
DANES-PICTA.COM
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

Ordinarij Literæ ad Ss. Benedictum XIII. Pont. Max. à Facultate Medica ratione Canonicatuum Medicinalium. et Prospectus Medicinam Practicantium.

Copia Literarum à Facultate Medica ad Ssmum Dnum Benedictum XIII. Papam in Ao. 1727. Ordinatarum.

Sanctissime Pater Christi Domini Vicarie, Successor Sancti Petri Apostoli, Domine Dne Clementissime.

Ad Sacros et benedictos Pedes Sanctitatis Vestræ accurrit Facultas Medica Almæ Universitatis Academiæ Cracoviensis Centies Millies, imò hucusq; exosculando eosdem, donec è Propitijs Manibus Sanctam Benedictionem receperit, Supplicem porrigendo Libellum his in Punctis: Primum. Ut Perillustres Canonici Gnesnen. et Cracovien. Canonicatum Medicinalem tenentes et habentes Doctorem in Medico Collegio Almæ Universitatis Academiæ Cracoviensis, siquidem recenti exemplo Perillustris Lopacki Archipresbyteri Cracovien. ad id Medica Facultas commovetur, qui licet sit Medicinæ Doctor, attamen obtinendo post fata Perill. Luczkiewic Canonicatum Theologicalem Cracovien., injunctum est illi à Sanctitate Vestra Ut condecoret Laurea in Theologia, quo exemplo Ut Singuletur Moderni Canonici Prædictarum Ecclesiarum Canonicatum Medicinalem tenentes assumendam Lauream in Medicina iterum atq; iterum prona et cernua supplicat Prædicta Facultas. Secundum Ne audeant et præsumant Extranei Medici sine examine habilitatis sibi in Praxi, quam etiam Pharmacopolæ et Chirurgi seu Barbitonsores exercentes Medicinam, Medicamenta distrahere et infirmis sine præscriptione Doctorum in Medicina cum periculo vitæ Patientibus præbere sub pœna Excommunicationis: quas Ut contra Renitentes et Protectionibus Magnatum innitentes extendatur, justum et conveniens esset, si ita Sanctitati Vestræ videbitur. Labores Lunensi, reapositis Votorum ad aram Dei optimi Maximi appendit Facultas Medica, Ut Sanctus Vester Sanctitatis Vestræ Supplicianes et Sabbatho Pedum Thorum. Mr Stanislaus Lopacki Chiet Med. Doct. interea Facultatis Medicæ Decanus Anatomicæ Professor, Senior Consul Cracoviensis.

Ordinatus Literæ ad Celsiss. Principem Episcopum Cracovien. Et Perill. Rogalli Canonicatu Medicinæ obtinens sua pia Lauream in Medicina

Literæ tandem Ordinatæ sunt ad Celsissimum Principem Episcopum Cracovien. Ducem Severiæ Sonitanum Felicianum de Czaniawy Szaniawski, post data Perill. et Nndissimi Dni Andreæ Wegrzynowic V. J. Doct. Canonici Cathedralis Cracovien. Medicinalem Canonicatum cum dispensatione tenendi, quadruas Literas Supplicatorias.

Celsissime Princeps Illustrissime et Reverendissime Domine. Domine Dne Protector Amplissime.

Quandoquidem Perillustris Dnus Rogalli ex speciali gratia et respectu Celsitudinis Vestræ Illmæ obtinuit Canonicatum Medicinalem Cracovien., cui gratulando Facultas Nostra Medica, invitat ad sumendam Laureæ in Medicina, quod ex permotione Celsitudinis Vestræ Illmæ obtentum fuerat, prout Almæ Universitatis Nostræ Cancellarij et Protectoris. recenti exemplo Perillustris Dni Lopacki Archipresbyteri Cracovien. rem Nostram fundans qui licet si fuerit Doctor Medicinæ, attamen Theologicalem Canonicatum obtinendo, Laureâ in Theologica Facultate condecoratus est. Observans hoc Cathedra Gnesnensis cui ad instantiam Eminentissimi olim Cardinalis et Primatis Regni Radziejowski, Perillustris Dnus Zalinski Canonicus Gnesnen. et Fulmensis in Anno Dni 1699 Die vero 2. Octobris Medicinalem Canonicatum obtinendo Lauream in Alma Universitate Cracovien. suscepit. Hæreditas Facultas Nostra Medica hac in parte à suis muris et officijs arceat, fimbrian Vestimentorum Eius osculando, et Præsuleam Benedictionem implorando, supplicat Celsitudini Vestræ Illmæ. Cujus Nomine scribo me exhibe.

Celsitudinis Vestræ Illustrissimæ humillimum Suppeditaneum. M. Ignatius Michalowski Med. Doct. et Prof. interea Facultatis Medicæ Decanus. mpp. Cracoviæ die 9. Xbris. 1727 Stc

Respon. à Celsiss. Principe Epis. Crac. annuendo Instantiæ Facult. Medic.

Tandem Die 22. 9bris. Anno eodem 1727. Perill. Dng Rogalli tulit Responsum à Celsissimo Principe Episcopo Cracovien. quod ex Literis Originalibus hic inseritur. Dilecti Die 25. 9bris. 1727. Monsieur. Przeczytawszy Justrian, iako Fundo canonicæ po Smierci Jmci Kanonika Wegrzynowicza, iako też Facultati Medicæ doktor dysponowalem Jmci Kanonika Rogallego, aby się in eadem Facultate promowował, et tenta promptitudine Ur Mmi Pana z ktorym się ad eum effectum obiaruiesz. Przeto recommendując go Vmci Panu do Vmci Pana satisfactus, aby ta promocya Przykro sine respectu tad quicunq; obstaculi et sine dispensio promovendi effectuari mogła, á ia to za własną powinność deklaruiąc obligacyą. Jestem Łaskawe Vmci Pana addictissimus Servitor Episcopus Cracovien. in fidei Literarum Subscriptis rabi. Łaskawemu Koblicowi Jmci Dni Ignatio Michalowski Medicinæ Doctori et Professori ejusdemq; Facultatis Medicæ in Alma Universitate Crac. Decano, Consuli Cracovien. Amico Obsero.

Cracoviæ. (Locus sigilli Agnus.)

Legunt hæ Literæ in Convocatione et Perill. D. Rogalli post tentamen creati in Baccalaureos.

His habitis et audita petitione Perillustris Dni extradita est convocatio Facultatis Medicæ pro Die 24. 9bris in qua Lectis sunt Suprascriptæ Literæ à Celsissimo Principe Episcopo Cracovien. et Perill. Dnus Rogalli interrogatus est quid perseverat in sua petitione respondendo affirmative examinatus est una et altera interrogatione per Clarissimos DD. Doctores, et quoniam in respondendo decenter se gessit, ideo hac die per me suprascriptum Decanum creatus est in Baccalaureum Medicinæ. Die tandem 26. 9bris rigidius examen in Praxi consequendi Doctoratus constitutum est

est, et datus sunt eidem Perill Dño duæ Lectiones pro Examine. Una ex Aphorismis Hypocratis. sect: 3. Aph: 5. Acuti auditum lederant &c. Secunda ex Avicennæ Lib: 4. Cap: 1. de Febribus. Post lectionibus. Casus ut est ipsi proprius gravian non ad Cathedram regia ad Gradum fuit Examinatus sed ad consequendum eundem Canonicalem Medicinalem Cracoviensem. Peractis itaq; Examen Inclytæ Facultas Medicæ deputavit Clarissimum D. Laskowic Med: Doct: et Prof: ad Perill Dñum M. Martinum Waleczynski S. Th. Doct: et P. Collegat. Majoris S. Floriani Martyris per Diœcesin Cracovien Librorum Custodem, Studij Almæ Universitatis Cracoviens Procancellarium Creatur in Doctore Medicinæ in stuba Coll: Majoris. ut prædictum Perill D. Rogalli Med: Baccalaureum præhabitæ et finitum Examen denuntiet, ut eidem gradum daret: Candidatum Doctorandi, quod dum obtinuit in Oratino creatus est Doctor Medicinæ in stuba Collegij Majoris Almæ Universitatis Cracoviensis convenientibus dignis Hospitibus licèt privatim promovebatur. Refectionem non appo: suit ut sine dispendio Promoventis id fiat: in cujus Promotionis Ornatus fuit Tabarda pellicea ad gronostajami subducta. Clarissimus autem Promotor Pithagoricâ Decanali Facultatis hujus. inter alia insignia Doctoralia dive: tum est Capiti eius impositum. Diploma autem Doctoratus tale est Eidem Perill Dño datum, quod pro Forma Diploma eidem Perill D. data in hanc Formam. et Methodo in similibus occasionibus. gratiæ successorum servire poterit. de tenore talis: In Nñe Dñi Amen. Universis et singulis præsens hoc Publicum Doctoratus Privilegium, Visuris, lecturis et Audituris. Ego M. Ignatius Paulus Michalowski Philosophiæ et Medicinæ Doctor, Botanicus Professor. S. Reverendæ Facultatis Philosophicæ Mathematicus, Consul Cracoviensis, ac inclytæ Medicæ Facultatis Decanus, salutem in Eo, qui est omnium Vera Salus. Magnæ est Hercules Menti, profecta Virtutem et Sapientiam sapere Velut Superum atam progeniem et melioris luti compagem, æquis cum Phœbo Jupiter serpere in Vallibus inhi non patitur. Ed acrioribus stimulis Velut Flammis ad summa Honorum fastigia provehit doctarumq; frontium præmijs gloriosè coronat. Hoc Unum sedulò intenteque agere quomodo sequique possit tollere humo sevoque ad posteros splendidum extendere Nomen honestissimæ semper simulac in Orbe caperunt Literæ, et laudabilis ambitio fuit quæ ad dignitates non per indigna, licèt per ardua et contragosa ducit, cujus molestos labores gloriosus consequitur fructus. Cum itaque Perill et Rñdus Dñus Josephus Rogalli Ecclesiarum Collegiatarum Bielcensis et Pilecensis Pastor &c. toto Vitæ suæ tractu Virtuti et altioribus Musis arctiori semper innexus semper Virtutis Regiam hanc Viam, quâ ad Supremum Apollinaris Studij coronamentum itur, non perfunctoriè calcaverit, ingenij felicitate, difficillimos resolvendi nodos promptitudine, rerum agendarum dexteritate, eximijs omnibus animi dotibus in Academica Statione cæca Aperhionem Examinis resplenduerit, bonum per decumana merita certamen certaverit. Dignum sane et Equitati consentaneum Generalis hæc Regni Universitas judicavit, Ut altius hic ipsius Decora ascenderent et gravium tandem in Nobilissima Facultatis Medicæ stadio acciperent. Quocirca summam Votorum suorum in Frequentissima Omnium Academicorum Ordinum et Nobilissimorum Hospitum Corona in stuba Collegij Majoris Almæ Universitatis Cracoviensis per me Suprascriptum Decanum adeptus est et Medicinæ Doctor Die 27. Mensis Novembris Anno in præsenti pro Creatu, attributis eidem Perill Dño tuntemporis Facultas hic et ubiq; in toto Orbe terrarum, privatim et publicè in Medicina legendi, consulendi, docendi, disputandi, glosandi, interpretandi, Lectiones absolvendi, Baccalaureos constituendi, omnibusq; et singulis Uti et gaudere Privilegijs, Prærogativis Exemptionibus, Immunitatibus, Libertatibus, Concessionibus, Favoribus, honoribus gratijs et indultis, alijs quibuscunq; quocunq; Nomine censentur, quibus Romanæ juris, Parisiensis, Salmaticensis, Papiensis, Patauiensis ac Bononiensis Doctores atq; Magistri gaudent et Uti, Uti et gaudere possunt ac poterunt quomodo: libet in futurum juxta Formam et tenorem Privilegiorum Apostolicorum ac Lemmis Pontificijs huic In: clyto Studio Almæq; Universitati Cracoviensi concessorum, Uti et gaudere absolutè, hoc proinde publicum stone: rij sui testimonium Regue perennius monumentum, Inclyta Facultas Medica Licentiatum omnis Facul: tatem Medicam constituentium Doctorum et Professorum Animis Votis atq; suffragijs eidem Præfato Perill et Rñdo D. Josepho Rogalli Medicinæ Doctori recenter creato impertitur: In Cujus fidem hæ Nostræ Paten: tes Privilegij Literæ manu propria subscriptæ et Sigillo consueto Inclytæ Facultati Nostræ Medicæ sunt communitæ. Datum et Actum Cracoviæ in Domo Solitæ Residentiæ. Anno à Christi Nativitate Millesimo, Septingentesimo Vigesimo Septimo. (Locus Sigilli) M. Ignat: Michalowski Phil: et M. D: h. t. interea eiusdem Facultatis Medicæ Decanus, Actus præsidet Promotor supp: Sequenti tandem Die ad Canonicatum Cracoviensem eidem Perill D. installatus est. Cui felicia faustaq; sint. Expendit pro Facultate et alijs expensis aureos Trigenta Hungaricales, quos informationis gratia hîc exprimitur.

Approbat à Celsis: Donarski et Studia Literarum necessarianum quibus hic Mundus fulcitur præsertim in Universitate Cracovien crescant, et Nostri Auxilio Epis: Crac: insen: quantum possibile est: Ordinate procedant, Vigeantq; cum incremento scientiarum. Noverint Nos Episcopus Joannes Memoratio summe per Universos et Singulos præsentibus et futuris quorum interest, vel in futurum quoquomodo interesse poterit tenore præsentium Significamus quomodo Venerabilis Vir Dnus Matthias de Miechow Artium et Medic: Doct: Sac: Crac: Med: Doct: pro Medico. in remissionem suorum peccatorum sed imprimis ad gloriam et laudem Dei ac pro incremento studij Cracovien censum Annuum Viginti Marcarum numeri et monetæ Polonicalis apud Famatos Viros Dnos Consules Cracovien in Proventibus ad Prætoriam Crac: quomodolibet spectant et pertinent pro Summa sexcentorum florenorum in auro Ungaricalibus ducatis aut eorum valoribus Annis emerat, et eundem censum Vo Marcarum sic per ipsum D. Doctorem empti pro Doctore qui in Medicinis in dicta Universitate continuè legat et fungand ac erigend Collegiaturam in Medicinis dispositaverat et assignaverat, de quorum literas Erectionis, Confirmationis et Ordinacionis à Nobis impetraverat et obtinuerat. Quia vis prædictæ literæ Nostræ et Ordinaciones in eis contentæ mentem et Voluntatem ipsius D. Doctoris Fundatoris non sat plenè et perfectè exprimere et declarare videbantur contingebat ipsum D. Doctorem ejusdem Collegiaturæ Fundatorem se breviter pro tunc illustrari et Doctores ad ipsa Collegiaturam præsentatos et positos mentem et intentionem ipsius fundatoris, non sine jactura quorumdam studiosorum in Medicinis Conveniret, timensq; idem ipse D. Doctor Fundator, ne forte eum ipsum mori contingeret, contrarius mentis sue conscientiæ et ordinaciones inducant, vel majores negligentias per ipsos Doctores ad ipsa Collegiaturam per ipsum Fundatorem pro tempore præsentatos et positos inducant et committant cum magna jactura et dispendio studiosorum in Medicinis in eadem Universitate Cracovien degentium, debitè cum instantia à Nobis petijt. Quatenus pro debito Officij Nostri, et ob favorem quo studiosos in dicta Universitate Crac: sumnè prosequimur aliam Ordinacionem et Meliorem ac juxta Voluntatem ergedem D. Doctoris Matthiæ caperet provisionem super ea et dicta à Nobis edi his in explecionem onerum eiusdem Collegiaturæ per ipsum fundatæ faceremus et factam approbaremq; et confirmaremus Nos cum tenore Vo Marcarum super quo idem D. Doctor literas, sanas, salvas et omni cassatione carentes sub Sigillo Dd Consulum Cracovien coram Nobis resignavit cuius tenor de Verbo ad Verbum sequitur et sic talis.

In Nomine Domini Amen. Ne ea quæ agantur in tempore decrescente hominum memoria, temporis successu simul evanescant et pereant, dignum est Scripturæ testimonio vt ad posteros perveniant perennare. Proinde Nos Joannes Boner pronunc Consul. Joan: Kleffner. Gotfredus Bethman Joannes Regulus Art: et Med: Doct: Adamus Iwanc. Joan: Kitzinger: Petrus Mostin et Matthias Fabri Consules Civitatis Crac: Universis præsentes Literas inspecturis Recognoscimus publicè per præsentes Universis et singulis præsentibus et futuris quod nos vltrà habituri qd de honestate et commodo Reipu: Nostræ prout tenemur tractantes. Vt bono et debito Ordine singula regant et gubernent et hæc capiant incrementa. Attendentes quod quidam Vrbis D. Matthias de Miechow Art: et Med: Doct: et pronunc Rector Almæ Vniversitatis Cracovien zelo devotionis accensus, animæ suæ saluti intendens providere ad Vniversitatem et Civitatem prædictam Cracoviæ in quibus etiam ab Annis Juventutis suæ crevit promotusq; existit singularem gerens affectum et benevolentiam certum Annuum pecuniarium pro Erectione et fundatione Collegiaturæ in Medicinis in dicta Vniversitate Cracoviæ et pro Doctore in Medicinis, qui singulis hebdomadis legibilibus diebus lectiones in Medicinis in collegio legeret, faceret, et studentes in Medicinis doceret, pro certa pecuniaria summa emere et comparare, dictumq; censum pro Erectione et fundatione Collegiaturæ in Medicinis in dicta Vniversitate Crac: dare, donare, et incorporare vult et intendit. Et: Nobis in pecuniis prædictæ pro Rep: Nostra acquirendis magna et pregnans incumberet necessitas, magistri ipsius prænominati Doctoris affectum et benevolentiam, quam ad Almam hanc Vniversitatem et Civitatem Nostram gerit animo pensitantes, habito super his frequenti ac maturo, cum omnibus Nostris Senioribus Consilio ac matura deliberatione et signanter ea respecta permoti, quod Civitas ipsa Crac: Medicum appropriatum possit habere, et quod in dicta Vniversitate, ad quam studentes ex longinquis et diversis Mundi partibus gradu studij in magna multitudine confluunt et concurrunt Vnde Civitati et Reipu: Nostræ notabilis et continua accrescit fama et commodum, insuper Vnica duntaxat Collegiatura in Medicinis existat, Medicusq; et Lector eam possidens pro tam magno et Numeroso Populo, studentium et Diversarum Virumq; sexus personarum sufficere non possit, ejusq; respectu ac Omissis et abjectis de causis permotis, eximiam pecuniariam Viginti Marcarum census Annui ad Prætoriam Civitatis Crac: certam monetæ et Numeri Polon: interea Crac: communiter currentis 48. gros: in quamlibet Marcam computando prædicto Dno Doctori Matthiæ pro sexcentis Auris Ungaricalibus Veris et justis Florenis, quos tunc ab ipso in toto et integraliter pro erectione dotatione et fundatione Collegiaturæ prædictæ omnium Seniorum Nostrorum Voluntate et assensu ad id specialiter accedente, tulimus, levavimus et persolvimus, quem quidem censum Vo Marcarum præfatum Vendidimus et tenore præsentis Vendidimus justo et Vero Redemptionis titulo alias ratione Widerkauff qui Nobis ac Nostris Successoribus Civitatis Nostræ Civitatis Consulibus pro tempore existentibus videbitur et placuerit. Vtq; ipse Dnus Doctor prænominatus aut alter ejus ac eum

Inscribit per Civitatem Crac. Summa super Pensa Medico.

ad eam Collegiatum pro tpe constituendus in Lectione et Cathedra ipsius Collegiatum non negligat et lectionem suam possit debite continuare, promittimus Nos et pro successoribus Nostris Consulibus eiusdem sensu nonteneri, nec a solutione huiusmodi sensus Do. Marcam esse tandiu donec in aliquo bono, tuto et sedato loco similem sensu Do. Marcar pro tanto genti Aureis Ungaricalibus stachis invenerimus, et eis eiusdem comparaverimus, hunc et deinceps a solutione huiusmodi sensus eximus et debebimus esse liberi et absoluti. Ipsius nihilominus summe capitalis Florenos stafatos debita, aut sensus pro eadem empti fuerit semper debebimus et debemus de voluntate Dni. Doctoris Nominati esse Tutores Dni et Patroni, et providere ut sine aliqua negligentia ipse sensus stafatus solvat, et sue in Pistorio aut alibi talis sensus emptus fuerit semper per manus Nostras et successorum Nostrorum Consulum tangm Patronorum Medico Nostro pro tpe tunc pro tempore existenti ipse sensus ipse ad quilibet anni quatuor tempora dari et solvi debebit. qd quidem sensum Do. Marcarum una cum summa capitali stotata, ipsi D. Matthie Doct: Nominato, aut ipsius Collegiatum stafat successori per Nos instituendo, reformamus, inscribimus et obligamus; inet super emolumentis Pistorij Nostri signanter super Decima Nostra Minore et domo pelliticia et sensibus Nobis exinde dari et solvi consuetis, eundem sensum Do. Marcarum de Pistorio Nostro et pro tpe verbo Nostro consulari sub bona fide promittimus et Nos stafatis obligamus. signanter ad quilibet anni tempora per S. Marcas Numen et monetam stafatam nunc à tempore Cincii proxime venture primam inchoando solutionem, et sic consequenter ad quilibet quatuor tempora à tempore proxime et immediate sequentia per S. Marcas nullo modo aut aliqua causa fraude. Et si quod absit Nos et successores Nostri Consules eidem solvendo dictum sensum in toto vel in parte cessemus aut forent negligentes. Tunc Rector et Universitas Studij Pistorien Nos et successores Nostros Consules, coram quocunq; Judice, proinde sensum movere, et duos sententiam pro Doctore portato exigere poterit, donec eundem in toto et integraliter solverimus. salvo etiam jure Nostro et successorum Pistorien Consulum Medicum idoneum locandi, et ad ipsam Collegiaturam instituendi, dummodo quotes Nobis et successoribus Nostris Consulibus videbit, ita quod sit Medicus Vir idoneus, sufficiens pro cathedra ad legendum in scl: legio. ad dandos Consilia omnibus cum requirentibus paratus. Et predicta sufficienter consequi valeat, debet esse artium Liberalium Magister et Medicinæ Doctor legitime promotus in Universitate grat: incorporatus. Insuper ne circa laborem studij negligat, aut quod absit in aliquo enormiter excidat, et mannalis et instructus dumtaxat ad arbitrium Nostrum, et Collegij legitima possit removeri, et alius quotes foret opportunum substitui. Insuper ipse Medicus teneatur singulis diebus legibilibus Lectiones in Medicinis legere, super cujus Lectionibus et diligentia Rector et Universitas debeat attendere, et negligentias per arrestationem stipendij punire, juxta statuta Universitatis predicti. Teneatur et ipse Medicus ex ordinatione ipsius D. Doctoris Matthie prænominati; quilibet septimana unum pauperem pecuniosum exaudire, et eidem super egritudine vel egritudinibus gratis consulere. In cujus rei testimonium et evidentiam omnium predictorum presentes Literas Nostras sigilli Nostri subappensione jussimus communiri. Actum et datum feria quarta post Catherine Virg: et Martyris. Anno Dni 1506.

Post quarum quidem Literarum presentationem stafatus D. Matth: Doctor et canonic: grat: a fundator ipsius Collegiaturæ in Medicinis, ut novam ordinationem et prescriptum eam est juxta mentem fundatoris per Doctorem pro tempore possessorem subeund: et in toto explend: faceremus magna cum instantia instetit.

Nos vero Joannes Episcopus memoratus ne alicui in ordinatione hujusmodi prejudicium facere videamur, literas predictas contra omnes sua quomodolibet interesse putantes, ante omnia decrevimus dandas et prescribendas. Ingreand Extradunt literas fiebat Termino in contumaciam citatorum non comparentium, nec aliquid in contrarium facientium aut dicentium et de expresso consensu Dd. Consulum grat: tangm Patronorum, stafati sensum Do. Marcarum modo premisso Inscriptum approbamus, ratificamus confirmamus, et libertati Ecclesiæ hujusmodi adscribimus in Dei Nre perpetuum. Et hinc nos Collegiaturam in Medicinis in dicta Universitate gratiosam pro Doctore in Medicinis per rigorem examinis in aliqua Universitate per regem legitime promoto, et Universitati grat: tam in artibus liberalibus quam in Medicinis incorporato, qui omni hebdomada singulis diebus legibilibus, nisi legitime impeditus in eadem occurrat, aut tempus vacantiarum consuetarum foret, per se et per alium in ejus mutatione aut legitime non impeditus Studentibus legere debebit. Etiam casu quo quod absit Universitas dissolveretur, super summa Do. Marcarum dicta census annui, ad honorem Omnipotentis Dei et S. Stanislai, ac pro incremento et utilitate Universitatis et civitatis grat: in Dei nomine erigimus et fundamus dictamq; summa 20. Marc: census annui dicti Collegiaturæ perpetuis incorporamus, appropriamus et invisceramus sub modis et conditionibus infrascriptis.

In primis declaramus et de voluntate ac consensu dicti D. Matth: Doct: fundatoris decernimus priores Ordinationem et Nostras Literas desuper emanatas cassandas, prout illas cassamus et annullamus, volentes et deinceps nunq; grat: presenti in aliquo prejudicari posse et valeat. Insuper statuimus, quod postq; et quoties dictam Collegiaturam deinceps vacare contigerit Dd: Consules grat: civitatis quibus jus competendi ad eandem Collegiaturam reservamus Doctorem in Medic: per rigorem Examinis in aliqua Universitate promotum et Universitati grat: tam in artibus liber: quam in Medicinis promota de more Nostro consulari incorporato, bene doctum et practicum sibi habendum presentabunt.

Item

Item declaramus et decernimus quod Doctor dicta Collegiatura protempore obtinens Lectiones in Medicinis diligenter et non evasive legat. super cujus diligentia Rector Universitati bonam faciat advertentiam. Similiter quod si dictus Doctor in Medicinis dictam Collegiaturam obtinens in legendis Lectionibus negligens vel remissus fuerit. extunc post primam admonitionem et admonitionem per Rectorem Universitatis prohibendum modo negligentia D. Lector cum debitis predictis ad puniendum cum plena pecuniaria de summa salarij sui, dicta Universitati cedenda procedatur et se reformare non curaverit. et temerarij in sua negligentia fuerit, et permanserit aut quod absit aliquod rupere fecerit dicti Consules absq; mora aliqua potestatem habeant. Preterea declaramus et decernimus, quod prefatus Doctor dictam Collegiaturam protempore obtinens temporibus ad legendas Lectiones aptis de Cracovia recedere non debet sine licentia et licentia D. Rectoris Universitatis pro tempore existentis et DD Consulum Cracov. Quod si ex causa aliqua et legitima recedere voluerit licentiam habeat, substituto in loco suo prius loco tamen qui pro ea legat de licentia D. Rectoris ad quindecim dumtaxat dies facere poterit. Item volumus et declaramus. ac sub excommunicationis pena ipso facto incurrenda decernimus, quod prefatus Doctor predictam Collegiaturam protempore obtinens in Dominica hebdomada Duo pauperes infirmos ad Medicinas impendere non valentes, postquam fuerint petiti et requisiti. gratiose et sine precio expedire, et ibi ac usq; dum studuit fideliter consulere accedat in scriptis dare. et hoc idem quod dictat ad hoc teneatur et sit paratus, schedulis post suam ad Collegiaturam assumptionem in valvis Collegij Majoris et S. Marie in vic. Cracov. affigendis publicare tenebit et emendationes sub prefatis penis. Item Declaramus et decernimus quod DD Consules Cracovien. summam 20. Marcarum grossorum denarios singulis annis pro Quolibet Quartali per S. Marcas Doctori Medic. eandem Collegiat. pro tunc tenenti et possidenti solvere teneantur et quorumcunq; bona cujuscunq; status gradus et conditionis existant ubiq; recludere et ubiq; quocunq; colore sive alterius excusationis cessante. alio per Rectorem Universitatis aut per Universitatem coram quocunq; Judice tam spirituali quam seculari pro certis debitis mobilibus expedire. quandiu contra ejus procedendo et ab eis exigendo, donec prefatum censum ex toto et integre ipsi Medico soluerint. Preterea etiam decernimus quod prefato Doctori et Collegiatori eruden. successori singulis annis et quarterialibus dari debeat per manus Scabinorum DD Consulum Cracov. hoc est per quos DD Consules fuerint hominum decem grossorum Auri. Laborent in bonis sui Victoris sive alibi forsan emerint in loco tuto et securo, insuper et ex intentione prefati Dni Matthie Doctoris dictam Secundam in Universitate Cracov. degentium Universitatis consulatus et negligentia quas plerumq; per Lectores in dicta Universitate obtinere solent. Inhibiter obtinuit. Declaramus et decernimus quatenus jure Rector ad dictam Collegiaturam per DD. Consules juxta predictam fundationem presentatus et per Universitatem juxta sui manualis et alia ex Statutis fundationibus aliquid explere non curaverit amovibilis statim per DD. Consules alium sufficiendy: et vel DD. Consules alium idoneum presentare occurrente aliqua negligentia velint tunc ipsis Doctoris negligentibus extunc liberum erit nobis et nostris successoribus tangit. Cancellario Universitatis et suis Cracov. alium idoneum et predictum est presentare. amoto inde priore quocunq; negligente et incorrigibili. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium presentes fieri et per Notarium nostrum infrascriptum scribi mandavimus et publicari sigillique nostri appensione jussimus et decrevimus communiri. Actum et Datum Cracovie die 3. Februarij Anno Dni 1522. Indictione 10. Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri Domini Adriani Papae sexti anno 2. Regnante tunc Illustri et Honorabilibus DD Petro Szamarski Justitiario Cracov. Cancellario. Petro Zakrzewski in Radlow Plebano et altarista Sanctorum Simonis et Judae Apostolorum in Ecclesia Parochiali Cracov. Joanne Tarnowski in Lelow Plebano, Sebastiano Archipresbytero circa premissa tunc ibidem vocatis et specialiter rogatis et requisitis.

Ego Petrus Matthie de Zakrzew Clericus Posnanien. Diocesis Publicus Imperiali auctore Notarius, memoratis Reverendissimi Dni Joannis de Dantiscis Episcopi Cracovien. Sacri et Cracis Publicus Curia Cracov. predictis omnibus et singulis premissis Dominis et Consulibus Cracov. una cum prefatis testibus presens interfui eaq; omnia et singula dum sic ut premittitur fierent vidi et audivi. Deq; hoc Publicum confectum hoc presentem Literas Clausas per alium fidelem confectas conscriptas corrasi, signavi et nomine meo circa premissa rogatus et requisitus manu propria fideliter consignavi. In fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus et specialiter et requisitus.

Pro cuiuslibet monete debet exhiberi Collegiatus Medicinalis pro quolibet quartali fl. Pol. 16. pro singulo vero quolibet Anno florenos Polonicales. Exaginta Ducatos.

Volui hoc loci inscribere Decretum in Consistorio Cracovien. sub Venerabili Officiali Cracov. Anno Dni 1512 Mense, etiam Julio latum contra Extraneos Doctores absq; Consensu Facultatis Medicae practicantes, ad civitatem Alme Universitatis Cracov. obtentum; sed quia impossibile erat in Seminario in Cancellaria reperto nec unum verbum perlegere, tam antiquo et illegibili charactere caute fuerunt corrotate. Conclusio talis Alme Universitatis in cujus fundamento isti Actus instituta erat hic inserenda: quod reperiri vol. 38. Lib: Conclusorum Universitatis. Concludit de Medicis et aliis peregrinis studijs reperentibus aut ne practicam Medicinae exercent quibus penis subjici debent.

Decretum in Consist. Cracov. contra Profectos latum.

Speravit

Conclusio Alme Vniversit. cont. Prohibit. Practicantes Medicinam.

asperant multiplicari in studio Nostro. Medici ex peregrinis studijs venientes paucam moram et operam Medicinæ literis impendentes. hic vbi rapina approbati et experientes esse statuta Gymnasij Nostri adversandi conati sunt intra urbis mœnia passim et fere apud omnes status hominū praxim in admovendis Medicamentis temere exercere et exercuerunt, cuius tamen statuta nostra non sinant dicos nisi prius se in Palestra alicuius Facultatis per disputabem offerant animose concertent. et ij tantum ad Palestram respondendi permittunt. qui quinquennio continuè profundis studijs Theoricè et practicè invigilarunt et celebranter hic revera. dicti Doctores aliquibus trimestre tempus in Italia ad illa studia et Medicinæ impenderunt. quidam tamen parum his tamen donavimus. vertentes statuta nostra videbant violare quæ hactenus Medicinæ practicam profitendo et exercendo. Nos tandem huic malo occurrendo ex officio ad nostrum judicium accersiri jussimus solemni judicio Nostri celebrato cum DD. Decanis omnium Facultatum et consultis juriq; imposuimus præsentis Medicis conductatis practicantibus ne per amplius audeant hic Cracoviæ de tali exercitio Medicinæ profiteri. statuimusq; firmum habere volentes delinquentes et quocunq; ita pertinaciter practicantes in pœnis esse subjectos. Vt si aliquis fuerit reperius talem practicam exercere, pro prima vice decies sexagenos solvere debebit Vniversitati unam Marcam Argenti pro secunda vice, pro tertia Vltimus ab Vniversitate et ejus familiaritate esse exclusus et tanquam inobedientem rejectum. Et sive sit talis Doctor alterius studij sive Magister Noster Baccalaureus aut studiosus et tanto magis pertinax Judicus aut Astrologus. Quod Conclusum in Convocatione DD. Doctorum Universitatis et Consiliorum per Rectorem Convocatorum ad pulsum campanæ Collegij Majoris in stuba communi more solito modo et hunc in modum conclusum est et inviolabiliter servandum et tenendum semper in posterum et de cætero. Quod factum Anno à Natali Christi 1511. Mense Septembri sub Rectoratu Doctoris Fris de Boehmia Regij Medicinæ.

His præcedentibus annotationibus pergendum ad Medicos Rectores fiunt.

Statuta Facultatis Medicæ

Ex Statutis Almæ Universitatis Cracoviensis in pergameno descriptis excerpta fol: 29. ubi sub hac inscriptione dies et annus quo sunt condita et in quodam vetustissimo libro pergameno annotata.

Statuta et Ordinationes Medicæ Facultatis ab Alma Universitate ex Mandato Sereniss. Principis et Domini Domini Vladislai Dei Gratia Regis Poloniæ etc. Cracoviæ data.

Anno Dñi 1433. 9 Januar. 19. Zbigneus Dei Gratia Episcopus Cracoviensis et Cancellarius Generalis studij Almæ Universitatis Cracoviensis in Rectoratu Venerabilis viri M. Thomæ de Strzegomio Decretorum Doctoris fecit fieri Convocationem Generalem omnium Facultatum Doctorum in stuba Collegij Majoris, Serenissimi Principis et Domini Domini Vladislai Dei Gratia Regis Poloniæ etc. In qua quidem Convocatione inter cætera statuta Medicinæ Facultatis, per Gregarium Actum et Medicinæ Doctorem M. Joannem de Saccis de Papia tunc Decanum Facultatis ejusdem coram tota congregatione voce alta sunt prolata et approbata, nullo contradicente, et postea eodem Anno 13. Febr. per Rectorem Prædictum Convocatione facta in plena ord. Facultatum Doctorum et Decanorum congregatione plenius et lucidius in Scriptis in medium sunt producta per quem confirmata. Quorum primus in ordine est hoc:

1. Cum Scientia Medicinæ inter alias artium Facultates periculosior existat adeo multis casibus subjacens: quod non solum corporis, sed etiam animæ proh dolor sæpe interemptionis esse possit, dum per ignorantiam Practici, in approximandis et dandis remedijs patienti frequentius offenditur quin interdum incautus decedit ab hac vita. Unde volentes periculis hujusmodi debite obviare remedijs de consilio saluberrimo Venerabilium Virorum Rectoris Doctorum ejusd. Facultatis et Decanorum prædictæ Universitatis Cracoviensis determinavimus et statuimus perpetuis futuris temporibus quatenus nullus Medicinam aut alibi exercere audeat, nisi sit Doctor ejusdem Facultatis, præcedente tamen documento sufficienti literarum et authenticarum de promotionis et debito examine per eos aut vicecancellarium et Doctores quorum interest sufficienti, recepti et admissi vel licentia super hoc ipsis aut ipsorum cuilibet concedat speciali ad exercendum illius quovis gradu talem concernentes sub communicatis sibi. Cui quidem documento de gradu et responsione publica peracta finalem diligentiam promotionis non obstante locum non habebunt.

2. Statuimus etiam et districte præcipimus ubi et singulis circa infirmorum tabernacula practicantibus eorum conscientijs committentes. Vt si quicquid fuerit ante omnia moneant infirmum et inducant, quod primo de remedio provideat spirituali et demum manus suas adhibeant adjutrices.

3. Cum Medicatis labris Veritatis existat de voluntate omnium Doctorum et Decanorum in plena congregatione concludimus, Vt in legendo solum probati observentur Authores qui radices, scientiam et origines Veritatis existant.

4.

4. Quia vero non verbo sed opere Medicum esse oportet, omnes una voce concluximus, ut sub pena gehenne et exclusionis à Congregatione Nostra, nullus venenum aut abortum Perperam ulla occasione vel pacto exhibeat.

5. Item cum Veritas cum magno populo judicari non possit sed cum aliquibus intelligentibus et sensum habentibus placuit omnibus nullo reclamante, ut nullus gradu Magisterij artium Liberalium nondum adepto in Medicina promoveatur.

6. Quoniam autem qui privationis sunt et imperfectionis actus amoris propulsari debent strenue rationis statuimus de Consensu omnium nullo contradicente, ut omnes filii nostri Medicinæ Facultatis se gerant munde et honeste ipsorumq; quilibet Artium habita promotione sit solum medicationis deputatus officio, si promoveri desideraverit sit enim lingua expedita et sensibus cunctis perfectus.

7. Statuimus etiam et firmamus ut nullus promoveat primo habita promotione nisi quinq; annis libros evolvat et audiat ordinarie lectiones iuxta statutum Universitatis et per illos quos interest, fuerit sufficiens et idoneus in Facultate reputus.

113

8. Item statuimus, ut nemo ad aliquem gradum et sterilem doctoratus assumat, nisi bonis proprietatibus fuerit adornatus in Facultate et examine privato per Decanum et Doctores Facultatis Medicæ reperitur datus sub onere Conscientiæ fuerit reperta. prævia convocatæ Doctorum ejusdem Facultatis, quam Decanus quotus fuerit celebrare debebit per informationem secretam habenda de vita laudabili deductione et morum eruditione promovendi denotare. et si quis alicui alicui seniorem de Facultate verbo aliquo scripto, aut pictura aliqua offensivo vel facto offendisset, ut nullatenus assumat, nisi humillime veniam implorasset et habuerit. Quibus sic peractis Decanus Facultatis Medicæ, cum aliquo Doctore de Facultate eadem promovendus præsentabit. Rectori Universitatis Generali qui tum fuerit Almæ Universitatis studij Cracoviensis. ipsum sub onere Conscientiæ declarando idoneum et sufficientem. Qui quidem cum fuerit assumptus in convocatione sequenti Doctoris in privato scholæ judicij gremio doctum per Decanum ordinationem et declarationem. Jurabit seniorem Doctorem de Facultate cum omni reverentia et honestate promovendum. Jurabit deinde bonum Universitatis promovere et gradum non vendere, in alia Universitate teneatur in aliquibus publice respondere ante suam promotionem. Insuper jurabit tenere statuta.

9. Item animadvertentes pericula mortis secreta infirmitatis et perditionis Dominum Medicis revelantibus contingere statuimus, ut in promotione omnium assumptus ad hoc astringatur iuramento. quod sit verax, fidelis, diligens. casumque ignominiosum sibi passandi, fugam occultationem non consulendo, nec in aliquo nec etiam præceptis aut præjudicium.

10. Quia vero dignus est Mercenarius Mercede sua et retributione laborantibus et promovendis exhibenda. Universa digna, statuimus prudenter et irrevocabiliter de Doctorum omnium consensu, ut omnesquos promovendus ad culmen Doctoratus, duos vestiat promovendos decenter, Unicuique duodecim panni optimi assignando, aut ipsorum cuilibet ex Marcas pro anima tribuat.

11. Item cum salubrius sit ut unus Magister in opere diligatur laudem aut vituperium habiturus. et quia quandoque plures Medicos contingat ad se ipsos imprudentes quorundam prudentes, nebulg ab alio dissideat. Statuimus nullo contradicente ut omnes qui sic vocati fuerint in unum principaliorem consurgant prudentiorem seniorem ac magis scientem existentem, et ab eo proto magis affectatus, in quo per omnes potuerit. Cujus imperio, regimine ordinetur omne sive consultandi sive curativum.

12. Item de Consensu omnium Facultatis Doctorum statuimus ut omnis promotionis sit adstrictus ad liberaliter percipiendum discipulos vel aliquid sibi motivales beneficia concedens tanquam sibi ipsi, nec verecundet quidquam illis conferri. Similiter et illi volentes apud illum apparere in sibi detrahant, sed concedat ei quæ videntur rationabilia, quodsi dubitaverint, benevolentiæ requirant.

13. Item statuimus et firmamus ut nullus amore perversitatis aut odii, quod multoties veritatem pervertant ad infringendum aliquod statutorum sub excommunicationis pœna. Quodsi quis attentare præsumpserit, ipsum eo facto pœnas præfatas incidisse firmiter credimus et declaramus.

De plus laborantibus. fol. 8.

Respectus habendus plus laborantium

Statuimus interea quod Electores Juris germani Statuti immediate præcedentis primum respectum habeant ad illum eligendum qui plus et diligentius in Facultate artium laborabit. Ita quod sine magna et urgenti ratione et causa minus laborantem magis laboranti non præponant, alioqui electio per ipsos facta potest per Universitatem retractari. Juxta Privilegium Vladislai Regis.

Ex Statutis Universitatis Patavinæ Lib: 2. Cap: 29. De pena Empericorum.

Tantus apparet Empericorum Numerus, qui sine ullo pudore cum nullam prorsus medendi peritiam aut doctrinam habeant, tamen sibi Medicorum Nomen vendicant, Ut quasi sint unirypoli: apothecarij tonsores et mulierculæ, totiam Medici videantur. Qui sine ulla ratione et respectu medelas internis et externis ita audent applicare Ut potius macellarij et carnifices quam Medici Nomen mereantur. Quare tam pernicioso hominū generi obsistere cupientes Ut nec Ordinis nostri dignitati, sed etiam humani generis saluti consulatur. Decernimus quod in posterum nullus cujuscunque fuerit conditionis intra Paduæ, vel infra 50 loca Territorij vel Paduam distincta alicui mederi seu potionem Pharmaci aut aliud Medelæ genus ullo dare aut ordinare possit, quod ad Medicam Physicæ pertineat, nisi sit Doctor Medicinæ, aut saltim per triennium in Medicina illud studiose consicerit. Similiter nec ullus Chyrurgiæ aliquod ullo modo exerceat, nisi aut sit Doctor, aut saltim per biennium in Chyrurgia studium impenderit et studuerit, et peragamus saltim aliquem serium in Chyrurgia secutis fuerit et practicare videat sub pena librarum quarum una pars sit illius qui Rectoris fuerit et quarta Accusantis quibus Volumus fidem plenam haberi. Si quis autem non Doctor et qui studuerit Ut supra et Medendi habuerit in Physica vel Chyrurgia se præsentet Rectori, qui convocatis Conciliarijs, tres Doctores peritos ex Antiquioribus eligat Ut sibi videbitur per eos eadem diligenter practicam videant examinari in practica facta et a duobus ex prædictis Doctoribus idonea videbitur. Tunc Rector cum consiliarijs habeant potestatem dandi licentiam illi sic examinato Ut mederi possit talem licentiam per publicum instrumentum seu privilegium manu Notarij Nostri et subsignatum sigillo Nostræ Universitatis pendenti exhibeant. Hoc tamen declarato, quod examinatus et approbatus in chyrurgia nullam habeat facultatem medendi nisi in Chyrurgia: ita Ut nullus Pharmaca aut potionem dare possit sine consilio et consensu alicujus periti Physici quem consulere teneatur de quo sibi per Rectorem specialiter juramentum deferatur. Quoties autem non obstante tali licentia aliquis non Doctor mederi aut practicare ausus fuerit in Chyrurgia sive in Physica, toties prædictam pœnam incurrat Ut supra dividendam. Pro dicto autem Examine et Licentia obtinenda solvere teneatur Universitati Ducat. 1. et Rectori Duc. 1. et Notario pro Privilegio et Mercede pia Duc. 1. et Bidello sold: 20. Nullus autem sub pena perjurij audeat remittere aut donare possit aliquam pecuniæ sibi spectantem. Et quoniam hactenus superiores Rectores nostri ad pauca respicientes, vel ad tenuem gratiam plurimis imperitis medendi licentias concesserunt et privilegia, eas omnes licentias et privilegia vigore præsentis Statuti penitus revocamus et cassamus ac nulla declaramus, etc. Præterea ante executionem talium in hujus urbis Rectores sed etiam omnes Paduani districtus Rectores et Officiales proclamari et edici facere ad requisitionem Rectoris, quod nullus non Doctor sive in Chyrurgia sive in Physica ullo modo possit nisi licentiam habeat secundum formam præsentis Statuti sub pena prædicta Ut supra dividenda, nec alicui qui licentiam obtinuerit nisi ea ostenderit intra spatium 8. dierum post editionem factam. Hac vero Statuta nullatenus dispensari possit.

Ex eisdem Statutis Universitatis Patavinæ Lib. 4. Titulo 9. veris de Pena Empericorum.

Sciunt qui experti sunt quantum referat ægros in manibus ignarorum ac nomine Medici indignorum se committere, qui quidem pro valetudine recuperanda vel dolore sublevando ingentem vel mortem etiam oppetunt. nullus enim annosius medicamen adhiberi ægris solet præter quam ignari Medici consilio, talibusque numero ingentem undique scaturire videmus, quod cum in omnibus locis indecens sit, in tam præclara tamen urbe et celeberrimo gymnasio decorata indecentissimum esse videatur. Cui maximo adeo inconvenienti prædecessores Nostri obviare cupientes, Statuto prohibuerant neminem posse Medicinam ante exercere, nisi licentiam fuisset a Collegio Artistarum consecutus. Quod etsi sanctissimum sit, invenitur tamen aliquando adeo obsolevit, quod erraticæ et transfugæ omnes ac institores ac omnium Mechanicarum artifices, imo rusticum etiam male intellecto remedio in omnibus ægritudinibus ac ægrotis utentes propriis derelictis artibus ad Medicinam se convertunt. Quod auferre volentes Statutum ipsum ad unguem observandum esse ducimus. Rectoremque quemlibet Rectum post assumptionem capituli per x dies obligatum esse volumus, requirere Magnificum urbis Potestatem ac omnium locorum Patavini agri Vicarios ac Officiales vel eorum quos Statuto quibus hæc sua Statutum illud publice publicari faciant in locis solitis, ipsumque inviolabiliter observari jubeant. Rectorque Noster prædicta non exequens pœnam librarum 50 incurrat partiendam pro dimidia Universitati pro reliqua dimidia accusatori.

Ex eisdem Statutis Lib. 3. Cap: 35. Titulus Quod nullus audeat contra Statuta quidquam opponere.

De Majoren Statutorum et Privilegiorum Universitatis firmitate Statuimus quod nulli penitus liceat quidquam contra ea opponere vel arengare ordinare vel statuere, et si quidquam in prædictorum horum vel eorum impugnationem Decretum vel Obtentum fuerit nullam penitus habeat firmitatem.

Idem Cap: 37. Titulus de Turbatoribus studij:

Ordinamus ad studij et Universitatis quietem et continuam in solentia et superbia comprimendum quod quicunque fuerit turbator studij etiam Universitatis opponendo se ei quod confirmatus et decretum esset per Rectorem et Majorem

majorem partem Vniversitatis sive aperte sive occulte dummodo constet per probationes evidentes vel praesumptiones per Rectorem et Consiliarios approbandas si fuerit Doctor, a salarijs et omnibus Vniversitatis commodis repellatur, nunquam de caetero ad dictum Studium admittendus. Si fuerit scholaris perjurus, et privatus per scholas publicetur.

Et eisdem Statutis Lib. 2. Cap. 26. Titulus. Quando Rector suspectus habetur.

Sub Judice suspecto litigare pergrave, cum per est rabiem. Quare ut omnes debitam justitiam consequantur, statuimus quod si contingat aliquem litigantium coram Rectore ex aliqua causa eum suspectum habere, ut pars allegans Rectorem suspectum, ante omnia juramento suspecto, quod id malitiose non causa aut protelandi judicium Rectorem suspectum allegat, probare coram Notario deputato, cujus Lib. 2 apud Bidellum generalem quam mederas applices Rectori. Mederas Universitatis. Si vero probaverit causam suspitionis vel si per arbitros eligendos ut infra continetur causas suspitionis injustas esse competerit. Quibus omnibus per Notarium in scriptis redactis pars allegans Rectorem suspectum eligat scholarem unum de Universitate nostra quem voluerit et Rector alium et Consiliarij tertium, qui habito juramento de justitia ministranda super causas suspitionis cognoscant, et definiant prout eis videbitur, et a tribus vel duobus eorum causa suspitionis non approbata fuerint, tunc negotium principale Rectori dimittatur de quo litigantium cognitum. Si vero suspitione justa esse judicaverint, tunc ipsi arbitri in causa principali procedant et definiant, nec ab eorum sententia appellari possit. Sed eandem executionem habeat, acsi ipse Rector et Consiliarij sententiam protulissent.

Notata bene. Rotae et Summario Consuetudo Universitatis servanda A.D. 1441. sub Rectorate Miechovitae de numero nonnullorum Ordinarij Medicinae Doctores vid. f. 88. Vet. 138. Medicorum Collegio Universitas providet fol. 5.

Promotionem impedivit Doctor offensus per Magistros f. 2. Decanatus Medicorum annuus f. 23. 34.

Rectorem cum Decanis controversia capitali S. Floriani judicat f. 2. Contra Medicos non incorporatos processus rigidus f. 39.

Proconsul et consules Sacrorum non vocandi ad actus Universitatis nisi reconcilientur f. 144.

Medicorum Promotiones fol. 55. 69. 114. Medici quid et quomodo legere teneantur 55.

De decanatu in Medicina controversia f. 76. Medici Doctores sunt Rectores Universitatis toto triennio f. 39.

Medicae Facultati debet census ex scholis et stupiec a duobus Militsch Florenorum a quibus cedebant annuatim Floreni 171 gr. 12 per arrendatores bonorum summa capitalis pro qua empta sunt bona f. 3500.

Zawadzki Medicus cognomento Pisces examini praevios juramentum et dat licentiam tangendi Protocollarij A. 1576. et 1538. f. 84. A Serenissimo Rege Petro Vocatus Medicus Vel ab Episcopo a Pelplin liber habet f. 20.

Medicae Facultati debetur census ex Kaschubowice annui 8 florenorum a Principali summa 1000 florenorum quam stabulum Medicum ad coemendam illam villam contulit, et hucusque ad A. 1633 per annos 33 aviter persolutus non est, proinde repetendus ab Universitate. Habet Inscriptio in Lib. Sonchus Universit. f. 133. Collecta ad fuit hac pecunia ex sensibus Professorum Medicae Facultatis concernentibus indefecti eorundem per tempus notabile. Cujus rei nota habetur in eodem Lib. Sonchus fol. 31. et D. 16 Ubi Recognovit Rector a Procuratore Universitatis Collectorem ejus: modi census Marcarum 330 et insuper florenos 140 ad exigendum census Professibus Medicae Facultatis, quando Medici respondeant qui Praxin exercere volunt. f. 38. Libertas Academiae ad instar ad instar Bon. et Padu. 1529

Occasione gradus in Medicina Ca coram Commissario Apostolico f. 47. per Tomicki concessa f. 16. 58. 59.

Professores approbati in Universitate Cracovien. Vbi legere possunt absq. Ullo examine. Vrbanus 5. f. 12.

Medici pro Domo Lapidea e Regione Burse Pauperum cum Collegio Majori litigant. 64.

Non incorporato Medico Domus data 64. Thesaurus inventus in Collegio Majori A. D 1494. Feria 4. post Pondus Paschae accepta fuit a Cardinali Federico qui de Domo Majoris Collegij annuos 90. cum pretiosis Lapidibus et 14 Monilia partim aurei et torques cum Lapidibus de thesauro in Domo reperto acceperat. promittens solvere vel reddere, quae omnia valebant 2000 florenorum Cardinalis vero tantum debebat 50 Marcas.

Anno 1578 Mart. 5. Petrus Posnaniensis Med. Doct. Domum pro Medico in Platea Wisliana emit, qui pauperes Cracoviae Venientes, et in suburbijs gratis curaret, quam obligationem in manibus Provisoris jurare debet. Officia Domus quae Uno floreno reparari poterint reficiendo, Majores vero ruinas Provisor tenetur reficere.

Item census 37 florenorum emit pro Pharmacia Pauperibus dandis in lib. incto Provisoris Domus Medici fol. 11.

In defectu justi Legitimi hujus Domus per Medicum, Rector habet jurisdictionem in singulares.

Communitas Majoris Domus confert Utramq. fundationem quam Universitas acceptavit Ordinationem.

Provisor hujus Domus debet eligi a Rectore Doctor per Communitatem Majoris Collegij.

In defectu Medici Chirurgus dari debet tamdiu donec Medicus haberi possit et non alias.

A.D. 1583. Novemb. 14 Executores ejusdem Doctoris Petri Posnaniensis fundaverunt alterum Medicum pro Pauperibus curandis eo quod unus sufficere non potest census 44 florenorum pro Medico empto pro Pharmacia vero 52 flor. in eodem Lib. fol 64. Extracta ex Actis Stanislai Manitzki Anno quo supra. Habet Utraq. fundatio in Lib. Provisoris Domus Medici in Collegio Majori asservari solito.

Rex Eximit Doctores et totam Universitatem a jurisdictione Curiae Regiae Polonae Judicum Palatinorum f. fol. 10 in Lib. Privilegiorum Universitatis.

Executores Pen. Posnanien. Med: Doct: dederunt Mille florenos na wydertas. Religiosis Andreas Brzeski Abbati Zwiecen. totiq; Conventui super villa Taszycza cum reliquis villis ac predijs prenominate ville adnexis: quibus pertinet et circa festivitate Bochnen. consistet. Profundando Doctore Medicinæ qui gratis pauperibus dños medeat et in Universitate Cracovien. in Facultate Medica publicè profiteat. ft. 200 integri. Item Ducentos florenos Reverendo d. Spiritus Custodi et Leg: Matthias Legionensano super villis Wronin et Wroninek circa oppidum Brzezawie sitis flor: 8. a. D. 1581. Post Jesus d. Michaelis in Alma Jagellonica Cracovien. Lectiones ad has legendi tenebitur Isagogen cujuscunq; Authoris per Medic: Facult: Cyprotand: Antidotarium siue Dispensatorium Mesue vel cujuspiam alterius Authoris in simil. Prognostica Hippocr: 4. Fen. de Balneis 1. 5. Fen: de Luxationibus et fracturis Avicennæ. de Tumoribus Galeni de Pulsibus Compendium. Item tenebitur idem Professor 40 flor: habens salarij singulis Commutationibus Disputationem in eludem Facultatis Mâ Notabiliori ad tempora stricta et verbos recentes emersos accomodata, Methodo et Ordine Medico instituere et expedire, ac cabalj: Medicis oppugnari.

Cautum amonitionis Doctoris d. si descibuerit à fide Catholica 2 dis curandis paupe: ribus negligens fuerit aut non gratis curaverit, si supra duos Menses simul vel interpolatis diebus Cracovia absens absq; permissione Provisoris fuerit, nec alium in sui loco relinquent (pestis tempore excepto, quo abesse poterit absque dubio) cessaverit pestifera) Idq; se facturum Sacramento juxta juramenti coram Provisore firmabit.

Semelius fundavit Anatomicum et Simplicium. Ordinarium Professi: Medicinæ fundavit Universitas in Salinis Bochnen. Procurator Universitatis solvit ei salarium.

De Professoribus et Medicis in Juris 28 sa. Grammatici Medici et Physici a omni synchorie omnibus oneribus publicis immunes, nec eorum Domus Vicinæ positæ Militem seu Judicem suscipiant hospitandum.

Anno Dñi 1660 die 9. Octobr. Fuit convocatio Universitatis ad quam Z. Kolinski Med: Doct: non multo ante tempore in suo Proconsulatu Privilegium Universitatis per incarcerationem studiosorum diuque pne Vita sausa in Historia Vigilatur supervenerat ob congregatam juventutem ipsum contumelia afficere volentes, coactus est Vigilias ad tertiam horam noctis apud RR. Clementinos Collegam Majorem morari, donec rasi procuratum in Collegio domos suas ubicunq; quisq; demum per invia nempe circa muros domum repetierit. Eodem Feliensis Proconsule Cracov: circa Festum Ascensionis Dñi 1660 per pedites Civitatis Gregorius Andreowski studiosi Juris Philosophiæ Auditor crudelissime ipso approbante et studiosos furiose increpante ocasione, duosq; alios pariter ad mortem globis sclopetorum trajecti occidit. Et Generosus Fielinski post Casimirianæ Fidei Lutheranæ, Nobilis insignis submersus.

Copia Privilegij à Civitate Cracoviensi Almæ Universitati dati. Ex Lib: Privileg: Universitatis fol: 6.

Expedit omni Reip: pro perpetuo regimine sui honoris Legales habere Viros, decore Virtutum insignitos Scientia Literarum refulgentes, et in maturitate consilij provisos et perfectos. Sane pro Universitatis statu laudabili et fructuoso Commodo, speciali salubritate videtur consultum Urbi quod Regalis Majestas pro Consolatione subditorum Divino auxilio mediante facere decrevit, et limitatione debita perpetuari. Non immerito ydem subditi, eadem omnia quantum in eis est literis suis Authenticis fideli conamine ad perpetuam rei memoriam prosequi et suis posteris firmiter debent roborari. Igitur Nos Consules, Scabini et Jurati Civitatis Cracovien. Serenissimi Principis et Domini Nostri Gratiosi Dñi Casimiri Dei Gratia Regis Poloniæ Illustris pium et salubernimum desiderij Conceptum obedienti Regni Voleo cum effectu ejus ad honorem. Cui attendens Regnum fuisse à patribus Gallicanis et specialiter à Locis Ubi studia vigent generalia multum fore remotum. Infidelibus Veris schismaticis et Paganis proh dolor inolevisse Civium. Itaq; ex Divina Voluntate et benigna Largitione Sanctissimi in Christo Patris et Dñi Nostri Dñi Urbani Papæ Octavi propter literatorum Virorum alias populi confluentiam Studium Generale in gratiabili Licita facultate pro consolatione dicti Regni Polonis et Gentis ipsius. In Civitate sua Cracovia erexit, privilegiavitq; Magistros, Doctores, Scholares, Scriptores Stationarios et Bedellos ac familias ipsorum. Cuibus omnibus prædictis et singulis alijs qui gratia studij in dicta Civitate Cracovien. fuerint commorati. Ipse Dominus Lex velit esse suus Dominus et gratiosus Ipsorumq; et eorum quemlibet in suis juribus et Libertatibus instar sensis conservare ac ab injurijs quorumlibet defendere et pueri gratiose, Velex congregatione dictorum Magistrorum Doctorum et Scholarium pro conversione infidelium Paganorum vel Schismaticorum dicto Regno contiguorum major devotio prædicationis et instructio Fidei Catholicæ ad Laudem et Gloriam Omnipotentis Dei et Genitricis Ejus Gloriosæ Virginis Mariæ crescat et augeatur, omnes enim Causa dicti Studij ad ipsam Civitatem Cracovien. accedentes, vel ab ipso studio recedentes, cum omnibus rebus ipsorum in omnibus et singulis passibus portibus et custodijs nullius Theloneum, pedagium vel passagium solvere debeant per totum suum Regnum. Sed et Provisionei Magistrorum Doctorum Scholarium et aliorum dictorum quos velipsi in partibus circumjacentibus comparare voluerint, vel eis Amicorum Parentum vel fautorum liberalitate

Privilegium libertatis a Theloneis conferens Civitati Cracov: Almæ Universitati.

liberalitate fuerint elargita in Esculentis et potulentis sive lignis et alijs rebus quibuscunq, quas ad Civitatem eorum fuerint oportuna in predictam Civitatem Cracovien per aquam et terram ab omni theloneo libera et exempta transire permisit, nec per quempiam ea vel quemvis inde prohiberi, impediri. Item quod Magistri, Scholares et alij supradicti, qui gratia Studij in ipsa Civitate Cracovien manebunt, Rectorem habeant, qui in suis bonis dictionem habeat ordinariam in eosdem. Et in criminalibus seu civilibus causis, veluti si forte Scholaris, vel quivis de dictorum provenia, injuria aut pro capillatione modica, seu pro percussione de manu vel pugno erga aliquem leves sanguinis effusione fuerit incusatus, coram Rectore suo et alibi nullatenus debeat convenire. Inhibens sub dictis pœnis, quod nullus aliquem dictorum in premissis civilibus et criminalibus causis ut præfertur ad alium Judicem trahere præsumat, venia in criminalibus ex capitalibus puta furto, latrocinio, homicidio, incendio et similibus notorie commissis si predictorum quispiam fuerit deprehensus. Si clericus fuerit statim ad Episcopale Judicium remittatur, sin autem laicus legali judicio subjacebit, ibi tamen non judicabitur ritu in Rectoris presentia, nec per consuetudines vel statuta municipalia Civitatis Cracovien vel Regni Poloniæ. Sed per Institutiones Juris Saxonici et scilicet nec condemnari possit aliquis probationibus. Sed potius ad expurgationem conducant proborum virorum licite admittat. Insuper si aliquis de predictis de gravi et capitali crimine fuerit incusatus, cujus cognitio ut præfertur non pertinet ad Rectorem idem non poterit nec debebit deprehendi nisi cum Rectoris familia et ipso primitus requisito, nec judicari debebit aliter, nisi prout superius de clerico et laico clare et expresse. Prout hæc omnia in literis et privilegijs predicti Domini Nostri Regis inde confectis plenius continetur. Ex quo verò consules scabini et juratis Cracovien supradicti Rectori Universitatis Doctoribus Magistris Scholaribus et alijs omnibus quorum interest. Specialiter dictis incolis Cracovien morari trahentibus omnia et singula statuta et pacta in studijs Parisiensi, Bononiensi et Paduano conducta ac per eos rationabiliter Cracovie statuenda. Promittimus perpetuo ipsis tenere et inviolabiliter observare. Ipsosq; in Universitatis Libertatis gerentes manutenere volumus, in suis juribus defendere et tueri. Rectori quoq; supradicto, qui protempore fuerit ad compescendos rebelles, prout in prefatis privilegijs Domini Nostri Regis continetur assistere fideliter ac præstare consilium auxilium et favorem. Ut autem omnia et singula premissa perpetuis temporibus firma et illibata permaneant, presentibus et futurorum memoriæ sunt commendata, presentes Nostras literas, Magistris Doctoribus Rectoribus Scholaribus ac alijs omnibus superius expressis quorum interest, et qui pro tempore fuerint dare mandavimus, de mandato Nostro Civitatis Cracovien predicte sigillo patenti roboratas. Datum et actum Cracovie in die Decollationis sub Anno Domini Millesimo, Trecentesimo, Sexagesimo quarto. Presentibus his de scitis Joanne Sapiehæ Cardomirensi, Jacobo de Apris, Nicolao Wrzenicz, Nicolao Odzlingi, Bartholdo Jarocicz, Joanne Petermany, Pestone de Sale Tydzone, Opulo et Wluszko dicto Gasmiro ac alijs quamplurimis fidelibus dictæ Civitatis Nostræ Cracovien fidelibus et fide dignis.

Nomine Alimentorum Veniunt ea quæ necessaria sunt ad Victum. Pomp. Pomponius de Testa Habitatio et Lectus. Sine his enim corpus ali non potest. Instit. in fin. principij tit. 14. Instituit: De jure naturali gentium et civili Vesembecius in Parateit. tit. 4. ff de agnoscendis lib:

De Professoribus et Medicis in Jure. Lib: 1d. Grammatici Medici et similes ab omni functione omnibusq; oneribus publicis immunes, nec eorum Domus vicinæq; porticus militem seu Judicem recipiant hospitandum. In Bononiensi, Padvana, ac alijs Universitatibus Generalibus Docentes plena libertate gaudent ut colligit in Proemio ff. S hæc am in verbo Metropolis et in alijs locis.

Quod Scholares gaudeant Privilegijs Livius cap. 4. lib. 3. Statutorum Universitatis Patavinæ Editorum Venetijs in octavo. A. D. 1589 cujus tenor est talis: Statuimus, sicut consuetudine approbatum est quod Scholares omnes in Numero Civium computentur quoad commoda tantum, eisdem Privilegijs et emolumentis quibus gaudent hæc gaudeant et Scholares et Doctores Nostri legentes. Ab incommoda verò viter sive minimè computentur, et per aliquod sive vel aliud non possunt Scholares sive dicti Doctores accusari vel denuntiari pretextu alicujus Privilegij statuti eisdem contra Scholares. Quodsi per aliquem fuerit contra factum eius accusatio nulla sit et in pœnam 100 lib: incurrat.

Copia Declarationis in Pergameno sub sigillo Vicecancellarij Regij ex Cona Sericea pensili cæsit: et Senatus Cracovien data. Hanc additam habet conclusionem.

Et quoniam supervacaneum esset Leges condere et Decreta ferre, nisi esset is, qui ea debita executioni demandaret. Proinde Nos Sigismundus Augustus Rex prefatus. Magnificos Stanislaum Myszkowski à

Demandantur ad Crequendum Privilegia M. Pal. palatino et Capitaneo Crac:

Mirow Palatino et Capitaneo Generali Crac: Kathnen Sincere nobis dilecto eratis Capitaneis Vicecapitaneis ceterisq Officialibus Partis Nostri Cracovien nunc et protempore existen Vobis Famatis Proconsuli Consulibq Civitatis Nostre Crac: districte et firmiter ita omnino habere Volentes Mandamq. Vt quandocunq et quotiescunq aliquid hujusmodi in judicium spectans Vestram curiam facti contingat devenire contigerit secundum Confirmationem Declarationem et ordinacõem Nostram suprascriptã tũ Rectore, Doctoribq, Magistris Baccalaureis Scholaribq. ceterisq membris Universitatis procedatis simulq Vt supradicta Confirmatio Declaratio, et ordinatio nostra in omnibq punctis et clausulis firma et recta perpetuo et in suo maneat, ac ab omnibq et singulis Jurisdictioni Vestre subjectis observetq, omne operam et diligentiã adhibeatis pro parte Nostra et Debito officii vestri fecerit. Datum Actum die quibq supra. A 1565 Regni Nostri 41.

Concludit Convo: ad Universitatis promovendã ecclãm de Violatione Domus

Anno 1661. die 4 Febr: In convocatione Universitatis concluditur est Primo quod de Domibq Universitatis his formalibq Verbis: Et ad legendam Constitutionem A 1650 de Domibus Academicis, quod postquam electa et passim cõmunitates tum Facultas Medica specialiter ann Clarissimq D. Joan Donski M. D. et Profess: Burgi Visliensium Provisor, nec non Confratres, de violatione eiusdem Constitutionis per Civitates ad Curiam et ad alia subsellia conquerentes - Conclusum est ex Unanimi consensu promovendam esse Causam hanc omnium Nre tũ Universitatis per Act. et Advocatum Universitatis. Et quia sumptus dederunt ideo Vide et Vt singuli quod cãa agis Universitatis contribuant.

Constitutio seu Laudum Conventus Generalis pro parte Alme Universitatis.

Constitutio Anni 1613. fol. 9. Sub Sigismundo 3. Rege Polonie.

Akademia Krakowska ad rest dobrze prawem obwarowana podług Fundacyi K. P. krzyżowskich, iednak ony i teraźnieyszy Constytucyą tak wanitemy iż przykłade Przywileie nadane tey Akademij poprzegapiły i ornamenta iich w mocy i dawney Civitati dawney, Ustawiciemy one in toto approbuiąc, etiam Vtedaiącie zachowuiąc.

Taxa Krakowska.

Actum in Prætorio Cracoviensi Feria Sexta ipso die Festi Nativitatis S. Joannis Bapt: A. D. 1633.

Taxa Mercium: Coram et singulis Mercatoribus ad subeundã examinem &c

Generosi Martinus Chełmski de Chełm Exulifer Terræ Crac: et Abrahamus Sokolowski de Sokolow Sędzia Visliciensis Capitaneus. Joannes Firley à Dobrowica Palatinides Cracovien, Joannes à Pomerow Pomorowski Pocillator Belzensis Burgrabius et Vicecapitaneus Cracovien Commissarij in proximè præterito Conventu Felicis Coronationis S. Reipub: Cracovii celebrato, ad Taxam rerum et mercium Exoticarũ in Civitate Cracovien constituendã. Una cum aliis DD: Commissarijs assignati Authoritate Commissionis die hodierna infra scriptum Constitutionum Regni Deo auspice inchoaverunt. et Jurisdictionem sibi Fundaverunt. etc etc.

Et pretia rebus omnibus et mercibus exoticis venalibus imponerunt, eo qui sequit modo.

Materie Jedwabne Weneckie, Genueńskie, Florenskie, Lukieskie. Neapolitańskie.

Sukna. Rzeczy Szockie i Kramarskie. Płótna Szwabskie. Towar Żelazny Towar Blachowniczy.

Miedz. Winal &c &c

O Materyach do Lekarstw należących. Że wielkie i Zdrowiu ludzkiemu bardzo szkodliwe mętki, Stokroć w Aptekach podawać się zwykły, gdy ludzie nieumiejętni et mala fide do compozycyi i Gatunku lekarstw przystępuią, Marmara pierzuiące i inne wszelkie deleteria nawet bez wyraźney ordynacyi Doktorow, Medykow promiscue przedaią. Aromata i materye wszelkie podłe i zwierzchałe taią, inne za drugie kłady, i w koszty niepotrzebne przedawaniem ludzie prowadzą. Postanowiemy aby nikt nie ważył się w Mieście krakowie Aptekę lekarskiey otwierać, ani lekarstw żadnych przedawać ktoryby wprzod a Medica Facultate Akademiæ Cracovien examinowany, i przywileien. ostatnim approbowany nie był. Do czego i starsza Czeladź Aptekarska to iest ta ktora lekarstwo componuie i z Aptek na mieyscu Panskim wydaie tak- że obligujemy, aby co Rok in examine bywali Mense Januario, a tego ieszcze lata dla przedszey Electionis Sequenda Septembris, i od Akademij approbationem otrzymali. Więc aby żaden Aptekarz rzeczy iakiey iadowitey, i Zdrowiu ludzkiemu szkodliwey bez ordynacyi ręky własną Medyka Doktora Akademij krakowskiey pisaney, nie ważył się z Apteki wydawać i przedawać. A iż rewizyiey Aptek z dawnego prawa do Doctorum Medicinæ należy. tedy prawo to reasumuiąc nakazuiemy aby żaden Aptekarz ani Sługa Aptekarski nie ważył się i przed tę Rubr: lekarstw żadnych przedawać ten ktorego Apteka w Mieście zewsząd zupełnie a Medica Facultate Akademij krakowskiey revidowana nie będzie ale żeby one zawarł i zawarty miał tak długo, póki Rewizyey do Panow Doktorow nie otrzyma. Gdzie też zaraz ci PP. Doktorowie Medycy Zacznik lekarstw wszelakich weźmią, i on w Aptece całkiem na tychże wielkiey uczynią Polskiey napisany zakosztu- ptekarskim zawieszą. Podług ktorego zacznika powinni będą Aptekarze i Czeladzi i według tego

punktu

punktu Ustawy tey naszey Zachowacz się pod winami i postępkami w Exekucyi tey Commissyi opisanemi. Winszych także Miastach Medicinæ Doctores Privilegiati revisionem Aptecarum quartanno tempore jam constituto czynić będą i Taxę Aptekarzom dadzą Sortuiącze się we wszystkim do Taxy i Kwantu który Facultas Medica Aptekarzom krakowskim Vczyni; który także iako i Lwowskiey czynić będą powinny, pod pewną Summą Exactiy. Kwantek tedy wyżey mianowanych cudzoziemskich towarow i rzeczy pod Taxę od Nas Commissarzow z Seymu przeszłego do Krakowa naznaczonych postanowiony i opisany maiąc względ na przemiany zmyślnego Kalkulu, rzeczy na przedaży trudne i niebezpieczne pod takowe czasy woienne od dawnych lat zaczęte i nieprzestaiące na Zniszczenie prawym Rzemieślnikow i powinne w Kosztach i w Kłopotach. Według których to Taxy każdy Kupiec Zachowacz się w przedawaniu będzie, co y Kwitu ma dać do 12 Dobr. inclusive. Ktoby się do takowey Kwitacyi który by rzeczy nad Ustawę postanowioną rzecz który z towarow i kupi wyżey opisanych przedał. Tedy według opisania Konstytucyi Seymu przeszłego ma być przed Vrząd Mieyski to iest przed Burmistrza Termino facto Verbali pozwany, na który Termin tenże peremptorie masz pozwany bez wszelkich Exceptyi, dilacyi i appellacyi stanąć i dowodami Skutecznemi przekonany ma być in instanti Winę Ekwiwalent gotowizny Kwitowany. który winy połowica Vrzędowi, a połowica Stronie należeć ma, i to coby nad Ustawę wziął wrocić zawczas powinien będzie. etc etc. W czym Vrząd Mieyski albo Burmistrz pro tempore existens na bydź pilny każdemu, Skrzywdzonemu, nie czekaiąc dnia sądowego, niedwłożną sprawiedliwość czynić ma. W czym iżeby remissy był, i na requizycyą Skrzywdzonego sprawiedliwości nodo suprascripto nie Vczynił albo odkładał, ma być do Grodu Termino facto pozwany, i tam iżeby w tym skutku przekonany był według Konstytucyi Seymu przeszłego odna koo Marcam pecunię parti et officio per medium dividendę inć Vltra exceptionis glarany oferma. Salva evasione juratoria eidem reservata etc. etc.

Gdy tedy Taxę na ten czas postanowioną aby wszystkim wiadoma była in loco publico obwołać woznym, i ong do Ak Grodzkich także i Mieyskich Krakowskich podać i ong wydrukować. Także i w Kathedrze in loco publico aby od każdego Cytana była na drzwiach napisana i przybita mieć rozkazuiemy. Ut nakoniec i Exwalty tey Taxy Vrząd Mieyski Województwa Krakowskiego Vrząd Mieyski krakowski authentice według Konstytucyi Seymu przeszłego wymawać ma dopuścić.

PS: Hæc Taxa perscripta erat ex Typis impressis Exemplari.

Copia Rescripti S. R. Mtis Facultati Medicæ servien. per M. Ignatium Michałowski Mdcr. &c. procurati sumptu proprio.

Augustus II. Dei Gratia Rex, Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Livoniæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Smolensciæ, Severiæ, Czerniechoviæque, necnon Hæreditarius Dux Saxoniæ Princeps et Elector.

Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest ac interesse conveniet. Exponi nobis per certos oratores Nostros Latere Nostro Assistentes, qualiter Medica Facultas Universitatis Academiæ Nostræ Cracoviensis Privilegijs à Serenissimis Antecessoribus Nostris et Statutis Regni præsertim de Anno 1523 sub Serenissimo Sigismundo Primo Rege Poloniæ Petricovii Titulo de Aromatariis solidę munita et firmata à nonnullis Medicis Forancis seu Circulatoribus minus in arte Medica perfectis damnificetur, cum tam in Urbe Nostra Cracovia quam et Diœcesi Cracoviensi contra Veritum Legum et Privilegiorum praxim exercenda, sine consensu et licentia Prædictæ Facultatis Medicæ et examine à Doctoribus Facultatis Medicæ incorporatis de sufficientia del non eorundem Circulatorum Medicorum cum Dispendio salutis humanæ se ingerant vel scripta Typis demandent. Nos itaque insistendo legibus et statutis Regni tum Privilegijs à Serenissimis Regibus Poloniæ dum Universitati Academiæ Nostræ Cracoviensi ejusque et Facultati Medicæ benigne et gratiose concessis, severissime inhibemus et prohibemus et officijs Castrensibus et Curiæ intimamus, Utquoties Facultas Medica Universitatis Cracoviensis prædictis officijs tam in Urbe Nostra Cracovia quam et Diœcesi Cracoviensi commorantes et practicantes Circulatores Medicos cujuscunque status et conditionis existentes deprehenderit sive jure convicerit, eosdem multa officio Arbitraria juxta receptum in hisce Cracis usum et officio per medium applicanda mulcent et puniant nec ulteriùs Praxin exercere permittant, sine consensu et licentia obtenta à Facultate Medica. Venerabilis quoque Rector Universitatis Academiæ Nostræ Cracoviensis, ne scripta eorundem Medicorum Forancorum seu Circulatorum sine revisione et censura Decani Facultatis Medicæ apponat et Typis imprimere demandet in damnum et præjudicium Facultatis Medicæ Universitatis Academiæ Cracoviensis faciendo. Facultas quoque Medica Universitatis Cracoviensis teneatur et erit obstricta, quatenus Apothecas tam Civilium quam et Spiritualium Personarum, sine gravi præjudicio semel in Anno revidere. Quod totum observari curent pro Gratia Nostra. In quorum Fidem Datum Varsaviæ die XVI Mensis Novembris Anno Millesimo, Septingentesimo Vigesimo. Regni vero Nostri Anno XXIV. Augustus Rex. Locus Sigilli Majoris

Juris Cancellis Regni. Michael Maurycius Justi Venator Terre Lomrensis S. R. Mtis Secretarius mpp.
Actum in Castro Cracoviensi Feria sexta post Dnicam Cantate proxima. Ao D. 1727. Sub hoc Actu Intervenientium Privilegium est ad Acta Officij prefati S. Crac: per oblatam susceptum et Inditum et Lectum.
Anno Millesimo Septingentesimo Vigesimo Septimo. Die Lunæ 29 Mensis Maij. Supra contentus Privilegius ad Acta Officij Rectoralis Almæ Universitatis Cracoviensis per oblatam susceptus Inditus et Lectus est.
Hoc Edictum S. R. Mtis DN. ideo exportatum est, præsertim ratione laudi puncti, ne Magnificus Dnus Rector in posterum Scripta Circulatorum Medicorum approbet, prout fecit Magnificus D. Dobrogosti C. J. D. et P. prætunc Almæ Universitatis Cracoviensis Rector in Anno Dni 1720. ad instantiam et importunitatem Rdi Dni Francisci Cæsarij Juris Supremi Advocati S. R. Mtis Typographi. de quo Causa inter Facultatem Nostram et Prædictum D. Cæsary in Judicio Rectorali per benignum Decretum testatur.

Ordinatio Domus pro Medico per Rndum olim D. Petrum Posnaniensem posita in Platea Wislna

Anno Domini. 1570 die Mercurij 5. Martij.

Rndus olim Dominus Petrus a Posnania Phus et Medicinæ Doctor, Ecclesiæ S. Floriani in Kleparz Præpositus, Cracoviensis, Vilnensis Canonicus, coram Rndo Dno Luca Podolski Præposito Gnesnen et Canonico ac in Spiritualibus Vicario et Officiali Gnali Cracovien et aliis præsentibus personaliter constitutus, libere, nullo Juris aut facti errore seductus, sed maturè intra se pretus consilio benegue deliberatus palam et expressis verbis recognovit se de Domo sua Lapidea propria Cracovie in Platea Vulgo Wislna dicta, a tergo Domus Lapidea Dicahs, et penes Domum Lapideam Kiernerowska sitam de suo proprio empta, et coram Judicio S. R. Mtis in Anno Dni 1570. Feria Secunda post Festum S. Joannis Baptistæ celebrato sibi resignata, et propter bonum publicum atq; Emolumentum miserabilium personarum, Privilegio atq; prærogativis gratiosis per Serenissimum olim Sigismundum Augustum Poloniæ Regem Varsavia Die 9 Mensis Anno Dni 1569. data, et pro Medicinæ Doctore assignata, talem dispositionem perpetuo validam constituere velle, præsentibus eandem facere in eum qui sequitur modum. Quod videlicet ab eadem Domo Lapidea abalienat amovet eximit in perpetuum, tanquam nullum jus habentes omnes et singulos suos consanguineos affines et alios quosvis propinquos ex ea causa, quia Paterna aut Fraterna vel consanguineorum vel affinium bonorum successione aut devolutione non consecutus est, de propria pecunia, assiduis et gravissimis laboribus suis per Dei gratiam acquisita, emit. Deinde Domus prædictæ Lapideæ dispositionem et gubernationem præfatus Rndus Dnus Petrus Medicinæ Doctor totum et integrum Jus Dominium proprietatem et hæreditatem ejusdem Domus, quod sibi ad eandem Domum pleno jure competere dignoscebat Egregijs ac Nobilibus Viris Domino Præposito Doctoribus et Magistris Majoris Collegij Universitatis Cracoviensis dat. concedit, irrevocabiliter donat et incorporat totaliter, omne et integrum Jus suum et totam Jurisdictionem, quemadmodum ipsemet de Jure Doctor Petrus Posnaniensis habet, et quas denique habita Jus in eadem Domo esset, transfert et transfundit ac condescendit perpetuo in Rerum Dni quidem Præfati Præpositus Doctores et Magistri Majoris Collegij Domum prædictam Lapideam Ut secundum Privilegium in Libertatibus et prærogativis pro amore Universitatis diligenter conservent. Utque se se ipsi omnibus opponant, qui servitutem aliquam in eandem Domum introducere vellent, et ipsam quomodolibet gravare intenderent, sedulo et solicite curabunt. Ad eandem Domum Lapideam Medicinæ Doctorem Almæ Universitati incorporatum, quem maxime idoneum putabunt ad inhabitandam et actualiter fruendam, sine quavis causa aut promissione solutionum gratis conferent et assignabunt. Qui eandem Domum ita gratis habitans suo sumptu a fœcibus et sima a stillicidijs et a pluvia mundam incorruptam conservare, et si quid in ea corruptum foret quod grossis triginta reparari possit ipsemet Doctor inhabitans sine quavis mora Ut non expectetis dare viginti aut triginta grossorum expensis sumptu suo reparare tenebitur. Lationes vero Domus prædicti Inhabitatoris Medicinæ Doctoris pro tempore existens Pauperes Egrotos Cracoviæ ubiq; locorum et in Hospitalibus et in Suburbijs degentes vel Cracoviam aut Suburbia causa recuperandæ Valetudinis undiquaque venientes et ipsum per se vel per submissas personas requirentem, absq; quavis Mercedis vel parvi expectatione et extorsione Artem Medicam curabit, curareq; debebit ac tenebitur. Et totiens eadem

Visitabit, quoties ipsimet opus fieri videbitur. Idque se facturum Jusjurandi coram Provisore infrascripto affirmabit. Qui si eandem domum inhabitans de quahbet Familia sua et Inquilino Justitiam Omnj plebi administrabit, et in defectu administrationis gravamen sentiens ad Rectorem Universitatis recursum habebit. Qui secundum Leges, Statuta, Privilegia et Conclusiones atq; Consuetudines Universitatis causam Ut in se est disjudicabit. Quodsi etiam in curandis et redendis Pauperibus negligens aut non gratis hoc facere consuetus legitimè incuratus fuerit, vel ab Ecclesia Catholica Romana descivierit, vel indecursu Anni supra duos Menses a Gracovia simul vel interpolatis diebus sine scientia et permissione Provisoris ejusdem Domus pro tempore existentis abiens fuerit aliumq; Medicum loci sui Syndici interim gratis curaturum non reliquerit (pestis tantùm tempore excepto, quo abesse poterit, donec periculosa hujusmodi exinc Prefati Prepositus, Doctores et Magistri Majoris Collegij Gracovien eundem ex eadem Domo et inhabitatione ipsius amovebunt, et aliqua in illius locum substituent toties quoties opus fuerit sta. cultatem habebunt perpetuam. Quodsi vero alio casu Medicinæ Doctor haberi, qui ejusmodi Conditionem suscipiat, non possit; extunc in Chirurgum subconditionalem superius de Medico expositam Domum memoratam referret, tantisper donec se obtulerit Medicus eidem Universitati incorporatus. post cujus Electionem idem Chirurgus post tempus ipsi a Communitate præfixum cedet de Domo Medico, vacuamq; debebit actenebitur. Si vero nec Chirurgus haberi posit, secundum industriam et prudentiam suam, Domum prædictam Præpositus, Doctores et Magistri Prædicti Collegij Majoris disponent et ordinabunt, tantisper donec aliquis Medicus incorporatus haberi poterit, et ex quarum ex locatione Domus, atque ex censibus inscriptis Reemptionalibus provenientem ejusdem Domus commoditate et pior Usus accommodando se dispositioni prædictæ dispensabunt. In quo eorum conscientias oneratas Prefatus Dnus Doctor Petrus Posnaniensis esse voluit. Postea quis Domum hanc inhabitaverit sive ille Medicus sive Chirurgus aut conditionis quotempore alterius fuerit. Prædictorum DD. Prepositi Doctorum et Magistrorum Majoris Collegij et Provisoris inscripti per eorum superioritatem agnoscere debebit. Et quemadm in alijs Domus Universitatis institutus et superintendens et Provisor ita in eadem prefata Domo fieri expedit. Cui itaq; Dominus Doctor Petrus et per eandem Communitatem Collegij Majoris talis superintendens seu Provisor ex sacræ Theologiæ Doctoribus eligatur. Cui census supra prælatus exigat et expendat atq; de Regimine prefatæ Domus bono honesto et debito posit esse solicitus, et qui ædificia ruinosa dum per Medicum aut quempiam alium eandem Domum inhabitantem et labefactatione ipsorum cortor fuchs fuerit restauranda et facienda impensis ad hoc seriùs institutis diligentissimè curet. Quocirca Vobis Vix Unquam et expediens foret, Pauperibus ægrotis Medicinam qui gratis eisdem mederetur instituere, nisi sumptus quoj pro charmacis comparandis provideretur: ideo Idem in continenti Prefatus D. Doctor Petrus Posnanien habens et tenens in suis Manibus et coram Vndis: Dñi Vicario et Officiali Generali producens cortas Obligationes censuum Reemptionalium imprimis videlicet Duodecim Talerorum per grossos 33. pecunias Usitatæ coram Officio et Residentia Consulari Casimiriensi in Anno 1547 Feria Quinta ante Festum Ogt: proximo per Honestam Sophiam olim Providi Francisci Franek Civis Casimiriensis nunc vero Famati Nicolai Valcher Civis ejusdem Civitatis Conjugem legitimam pro Summa Capitali Trecentorum Florenorum pecunia monetæ Currentis in Regno Inde Dñi Petro Doctori Memorato Vendidit et in super Domo Lapidea Casimiriensium in Platea Vicliciensi inter Famatorum Petri Starny Consulis ex Una et Urbani Lexy Civium Casimiriensium ab altera parte obligavit et inscripsit. Item Censum Alterum Annuum Reemptionalem Duodecim etiam Talerorum pro grossis 33. memorando qualibus coram supra memorato Officio et Residentia Consulari Casimiriensi Anno die quibus supra per prædictos Stanislaum et Andream Bloskowic Cives Casimirienses Fratres Germanos ac illorum Uxores Legitimas pro Summa Capitali Trecentorum Florenorum pecunia Regno Communis Vendit. in et super Domo Lapidea Gracovien. penes Domum Providi Stanislai Trzebinski Civis ab Una et ab alter ad Ecclesiam S. Catharinæ tendentis parte ab altera sitæ, inscripsit obligavit et assecuravit. Item Tertium Censum Annuum Reemptionalem Octo Talerorum pecunia Usitata per grossos 33. computando quemlibet Talerum coram Memorato Officio et Residentia Consulari Casimirien. Anno die ijsdem quibus supra per Providum Joannem Okrutny et illiusmet Conjugem Hedvigem Civ. Casi:

miriensis pro Summa Capitali 28 Florenorũ monetæ et Numeri in Regno ferrea vendita, ac in Super Domũ sua Lapidea in Vico Majori Posnaniensi inter Domos Hæredũ Sroda ab Uno et Hæredũ Pauli Calega parte ab altera consistẽs inscripsit obligavit obstrinxit. Item Quarum censum Annuũ Reemptionale Decem Florenorum pecuniæ et monetæ ferea seu communis coram prefato Officio et Residentia Consulari Posnaniensi A. 1570 Feria Quinta post Festum Epiphaniæ proxima per Honestum Regium Provisorem olim Joannis Czeszki Civis et Pannificis Posnanien. Vidua dicta pro Summa Capitali Ducentorũ Quadraginta Florenorum pecuniæ Vitatæ facta et vendita in et super duobus Macellis seu in ipsis Laniarijs Posnanien. inter alia Macella. altera quidem inter Fanati Stanislai Haberkost alias Lex Consulis et Alberti Segelka Hæredum. altera vero inter eorundem Hæredum proprium et Joannis Wolf civium Posnanien. consistẽs, inscripsit, obligavit, accedente speciali consensu D. Nicolai de Data Varsaviæ in Conventu Generali Regni die Ultima Januarij Anno 1578 ad Actæ præsentia in ferius inscripsit et ingrossari solvendum juxta Cathas in obligationibus expressas. Proposito Doctori et Magistris communicari Collegij Majoris in manus Provisoris supranominati. Quibus et nunc prout et tunc et è contra de hac ipsa Summa et censu Reemptionali condescendit. et omne Jus Suum quod hactenus habuit et tenuit perpetuo in post transfudit et resignat sub tali conditione et dispositione perpetuo servanda Ut præfatas Summas cum censibus abjuando redimendas juxta Originales Inscriptiones collocet, disponat et asservet. atq; ex causa Reemptionali cedent Ut præmissum est exceptis primo reponat Quatuor Florenos in Moneta Polonicali per medium Lexagenam computando, Quorum duo cedere debebunt Communitati ad excitandum illius diligentiam in sufferendis Oneribus superpositis pro refectione Ipsi ad Prandium apponenda in Festo S. Petri ad Vincula dicta Augusti celebrari solito. Et duo reliqui Florem Provisori ejusdem Domus pro tempore futuro, ne aggraver illius labor, quem nulla præmia sequerentur temporalia, licet centuplo sequendo Deum. Deinde reparanda et reparanda prædicta Domus Officia ad evitandos Sensus aliquos sæpe repetendos Provisor Præfatus annuatim Octenos Florenos segregabit et fideliter asservabit quoties opus fuerit exponendos. Triginta autem Florenos et tres cum sex grossis similiter supra computationis pro Pharmacis juxta Medici Superascriptam Dispositionem disponendis et Apothecario persolvendis quamprimum exponet; et tam de Percepto quam Expensis Officii Prædicta Communitatis die 2. Augusti aut si impedimentum intervenerit 3. Augusti Rationem sufficientem in Præsentia Medici Domum præfatam inhabitantis faciet. Item Apothecarium ipse Provisor communicato Consilio cum Prospero et Salubri Artis Communitatis Collegij Majoris et cum Medico eandem Domum inhabitante pium et competentem Stipendio et mercede eligent et electum invitabunt quotiescunq; expedire videbitur. Quæ Domus præfata et totius Juris atq; Jurisdictionis donatum transfusionem in corporationem, ordinationem et dispositionem facit promissum est factum et recognitum et obligationes atq; Inscriptiones super Censibus et Summis Reemptionalibus factas Una cum condescensione et Resignatione præmissorum in Præfatos Præpositum Doctores et Magistros Collegij Majoris subscriptos Memoratus Dñus Petrus Doctor authoritate Ordinaria in omnibus et singulis punctis clausulis et conditionibus confirmari ratificari atq; approbari, roborq; Authoritate Ordinaria perpetuæ firmitatis pariter et Decretum apponi, immunitatiq; Ecclesiasticæ apponi, ubi ad Actæ præsentia ingrossari per Nudum Dominum Vicarium et Officialem Generalem Posnanien. plenum debita cum Instantia petijt et postulavit. Et præfatus Dominus Vicarius et Officialis Generalis Posnanien. ne propter celerem approbationis et confirmationem cuiq; præjudicium in suo Jure facere videatur, ante omnia Literas In Vim Fredæ ad omnes et singulos sua interesse ad præsens Negotium quomodocunq; habentes, decrevit. Tandem anno eodem Die vero Quinta Martij Venerabilis Joannes Posnaniensis Artium Magister coram prædicti Dñi Petri Posnaniensis Mandato sufficienti exhibito Nomine Principalis sui eiusdem Domini Doctoris Petri Posnanien. Literas citationis in Vim Fredæ per Nos Decretas Una cum Executione illarum debite et legitime facta exhibuit et contumacia et omnium et singulorum sua ex adverso actus et Jurisdictionis prædictam Donationem transfusam incorporationem Ordinationem et Dispositionem prædictæ Domus Lapideæ sic ut præmissum est factas ad condescensionem et resignationem Censuum Reemptionalium supra recensitorum cum suis Principalibus ijsdem annexis, ipsis Præposito Doctoribus et Magistris Collegij Majoris in perpetuum facientis interesse habere putantium non comparentium nec illorum Confirmationem impugnare curantium accusavit ipsosq; Contumaces pronuntiari postulavit. Nudus item Vicarius et Officialis Generalis Posnanien.

ex bono publico Utili prius per Principalem, deinde per Procuratorem ex Mandatarii ipsiꝰ facta Juris et Jurisdictionis prefatam Donationem, transfusionem, incorporationem Ordinationem grecꝰ et Dispositionem prefate Domus Lapidee condescensionemꝰ et Resignationē Censuū Reemptionalium cum summis Capitalibus ipsi annexis obligatis et inscriptis et reliqua in petitione et postulatione expressa in omnibꝰ Punctis, clausulis conditionibus et articulis, recepta tamen ante omnia recognitione sub sigillo civitatis prefate Sarmiensis in literis Emptionis et Venditionis predictis subexpressis per Duos Pares Honorabiles Joannē Lepsiensem et Stanislaum Kitecki Juris Canonici Baccalaureos approbavit, confirmavit, ratificavit, censuꝰ Annuos prefatos Reemptionales alias nalyderkasy emptos Libertati et immunitati Ecclesiasticæ inseruit et incorporavit. Roburꝰ Authoritatis Ordinariæ pariter et Decretum apposuit, ad alias Sententia ingrossari mandavit. Jn Presentia Rndi ac Nobilis Stanislai Prisennij S. Th. Doctoris Decani S. Floriani Hesperidis et Pauli Loder Prepositi et Stanislai Sguirnowitow Succentorij Prefati Collegij Majoris Nomine et Speciali Ut dicebant illorum Voluntate, consensu Unanimi ad id specialiter admissorum et deputatorum Suprascripta omnia et singula premissa Ordinationis, transfusionis, incorporationis, Ordinationis dispositionis, Condescensionis et Resignationis clausulas et Puncta pro vato et grato in perpetuū acceptantium, qui tamen se quia etiam totam Communitatem Collegij Majoris pro tempore futuro ad observationē omnium et singulorum articulorum et conditionum in dicta Ordinatione contentorum et specificatorum bona fide obstrinxerat et perpetuō obligatos et astrictos esse voluerat. Presentibus Rndo Excellenti et Nobilibꝰ Domino Sigismundo à Strzyca Canonico Cracovien, Martino Fabro Medicinæ Doctore Sebastiano Torquato et Josepho Krzyżowski Jesuitis ad id Vocatis et rogatis. Ex Libro Actorum Vicariatus Officialatus Cracoviensis descriptum et Sigillo Prefati Rndi Dni Lucæ Podoski Prepositi Gnesnensis et Canonici inspiritualibus Vicarij et Officialis Presentis Communitum. Gaspar Matthias Jurkowski Posnanien Diœcesis Clericus, Sacra Authoritate Apostolica et Imperij Authoritate Publicus et Actorum Consistorij Cracoviensis Notarius. Concordat cum altero Jnstrumento quod Vidi, legi et collationavi. M. Stanislaus Zagrodzki Phis Doctor Notarius Apostolicus mpp.

Hæc quæ poterant acquiri inserta sunt documenta, reliqua desiderantur præsertim ratione alterius Medici fundati à Prædicto Rndo Petro Posnanien ex quo onus sufficere non potuit ideo vel maximè Ut impediatur Extraneus Doctor ad istam fundationem, prout factum est post fata Clarissimi olim D. M. Casimiri Trater Med: Doct: et Prof. cum Collegium Majus nedum eodem humato, contulit Excellenti Dno Laskiewic Med: Doct: nedum in Facultate Medica incorporato.

Copia Decreti S. R. Mtis.

Stephanus Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ Samogitiæ Livoniæ &c. Princeps Transylvaniæ &c.

Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Universis et Singulis. Vocatos fuisse ad Nos et Judicium Nostrum literis citationis Nostræ. Famatos Proconsulem et Consules Civitatis Nostræ Cracovien ex eisdem Officijs adhucꝰ illorum omnibus, ad Instantiam Reverendi Lectoris, totiusꝰ Universitatis Studij Cracovien juxta et ad Inscriptionem Antecessorum Ipsorum propriam, ideo quia Ipsi Censum Annuum Argenti Marcarum per Venerabilem olim Mathiam Miechovita apud ipsos Sexingentis aureis Hungaricalibus emptum per Antecessores ipsorum Venditum, et in pensa Civili Una cum Domo Pellionum assecuratum et reformatum, pro Medicoꝰ Ordinario per Eundem Mathiam Miechovita fundatum, solvere non tantum negligunt, sed etiam temerè recusant, quemadmodum eundem Censum Viventi adhuc Egregio olim Felici Scipuno Medico Ordinario, cui is census ex præscripto Privilegij et obligationis ipsorum prefatis debebatur pro Annis Quinque citra vel Ultra; Moderno verò eius Successori Excellno Martino Foxio item Medico Academiæ Ordinario per Annos Septem retinuerunt, negotiis monuit, solvere volunt. Facientes præmissa in grave damnum præjudicium et detrimentum Universitatis prefatæ quod sibi contra ipsos æstimabat, certus quidem retentos ad Ducentas Quadraginta Marcas, Damna verò ex hac ipsorum negligentia et procrastinatione Usq ad processum Judiciarium, qui ipsis necessariò intentaretur ad Mille

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
Colour Chart #13
DANES PICTA .COM
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

Sparcas pecunias communis. Itaq; ad Videndum et audiendum prämissa omnia ipsis latius deduci, Summam prädictam Sexingentorum aureorum Vngaricalium per ipsos ex prädicto obligationis ipsorum reponi debere decerni. Vel in locum tutiorem, Vnde promptiorem censuü solutionem Vniversitas habere poterit transferri, et dejs omnibus eidem Vniversitati, Authoritate Nostra Regia provideri. Quemadmodum ea in ipsis citationis literis latius continentur. Cum itaq; in Termino Judicij Relationum Nostrarum prioriarum ex citatione prädicta et appellatione à sententia Judicij Assessorum Nostrorum interposita, videlicet Partes Actorea per Excellentissimum Martinum Foxium Medicinä Doctorem, ejusdemq; Vniversitatis in Arte Medica Professorem, citata per Honoratum Joannem Gora Syndicum suum coram Nobis comparuissent. Actoreaq; Pars post Relationem ejus causä Nobis factam propositionem suam ex citatione judiciali repeteret, Privilegiumq; Obligationis Antecessorum Consulum Cracoviä de accepta per eosdem Sexingentorum Aureorum Vngaricalium summa et censibus solvendis, Authentice produceret. Consuetudinem ejusmodi tam defuncto Felici Scepucio, quam Moderno Medico retentorum solutionem decerni. Quibus modernis Consulibus quandoquidem ex Privilegij prädicti jussu Principalis in loco tutori constituti debet, et apud citatos locus ideo hactus non esset, quod census per tot annos non solverentur Necessitatem restituendä Summä Principalis Sexingentorum Aureorum per Decretum Nostrum imponi postularet. Citatorum Plenipotente censüs Scepucii retentos Actores incompetenter repetere, quandoquidem is testatus decesserit, et Executores Testamenti bonorumq; Suorum reliquerit, respondente. Moderno vero Medico quidquid retentionis ex obligationis prädicti et natura reemptionalium Contractuum, à se repeti non posse ejq; in Arbitrio suo constitutum esse asserendo. Nos cum Consiliarijs Lateri Nostro assidentibus audita et examinata partium Controversia, ejq; considerato quod ex Privilegio Obligationis per Actoream partem producto constat, citatos in vim Reemptionis à Matthia Miechovita Medicinä Doctore, Professore Medici in Academia Cracoviensi fundatore, Sexingentos aureos Vngaricales recepisse, ejq; nomine censüs Quinque Marcarum singulis Quatuorbus Professori prädicto solvendis stipulatos esse. Ideo sententiam Assessorum Judicij Nostri in toto approbando, quod attinet censüs defuncto olim Felici Scepucio retentos, hos propter mortem ipsius vel Executorum tacturnitatem Consulibus absenti et tribui iniquum esset. Cum itaq; is in Vniversitate vixerit, decernimus Vt citati census ejusmodi memorato Felici Scepucio retentos Vniversitati ad manus Rectoris solvant et restituant. Hoc idem quoq; moderno Professori presenti, ejq; quidquid per illos pro annis preteritis retentum est persolvant. In posterum vero census prädictos singulis temporibus in obligationis Privilegio specificatis sine mora solvere non negligant sub restitutione Summä Principalis Sexingentorum Aureorum Hungaricalium quam in defectu non satisfactionis prämissorum, de postea intercedente ulliqua citatorum Negligentia Rectori Vniversitatis ad eosdem repetere, et ubi voluerit pro Utilitate Vniversitatis juxta mentem et intentionem Fundatorum collocare integrum erit, Decreti Nostri presentis Vigore. Pro cujus debita finalique executione, remittimus Partes ad Judicium Curiæ Cracoviense in Termino Ulteriori diei trium Septimanarum peremptorio. In cujus rei fidem et testimonium Sigillum Nostrum presentibus est appensum. Datum Cracoviä Feria Quarta in Vigilia Nativitatis Beatæ Mariæ Virginis. Anno Domini Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo Octavo. Regni vero Nostri Anno Octavo. Locus Sigilli Regij Joannes Zamoiski S. J. V. Dr. Relatio Illmi et Magnifici Joannis de Zamoście L. P. Supremi Cancellarij Exercituum Regni, Cracov. Margebergen. Knyszynen. Medzirzycen. Krzesłowien. S. Capitanei. Paulus Sorbevicz Decretorum D. Actis Notarius. Stephanus Wargocki scripsit.

A. D. 1720 27. Februarij. Extradita fuit convocatio per Clarissimum D. Decanum ad audiendam Lectionem per Clarissimum D. Laskiewic, et eandem legendam prout Ordinaria ordinarie legitur in Quadragesima, et licet per Almam Universitatem convocatio publica conseratur: ad ratione Professionis Sti Johannem quia Quadragesimæ per suffragationem Incorporatorum Professorum obtinuit, adinterim ne Vacet, commissa est.

A. D. 1728. Die 21. Apr.: Extradita est convocatio Inclytæ Facultatis Medicæ ad audiendam petitionem honesti Augustini Antonij Kraus Bohemi ad Doctoratum Medicinæ aspiranhis. Audita cujus petitione post expediam deliberationem assignatum est Tentaminis tempus Feria secunda proximè Venturâ pro hora Tertia, ob absentiam verò Omnium fere Dnorum Doctorum cùm Tentamen expediri non potuit; ideò in diem crastinam pro hora 9na. dictus Facultat. quadrè affectatori Instantiæ satisfaciendo cùm examinaretur in omnibus Interrogationibus debite non respondit neq; in casu proposito ordinate scripsit Lectum, unde incapax inventus, rejectus est, ejusq; Facultas re placitet in posterum inhibuit, sed potius Ut referat ad Famatos Chirurgos Cracovienses suscipiendo eorum Gubernium eosundem eidem persuasit, si vellet vel sine ex urbe migret. Tandem fuga Civis et Chirurgus Cracoviensis, Medicinam tamen et praxin exercebat cum Præjudicio Facultatis Nostræ Medicæ.

A. D. 1728 die 25 Octobris data est convocatio Inclytæ Facultatis Medicæ ad eligendum Decanum, in quem electus est M. Antonius Lobiencius Chir. et Medicinæ Doctor et Professor Juniorum Studiosorum Ordinarius Medicus Ldte ad coordinandas Professiones Medicinales. hoc punctum inane erat, ideoq; ad illud nihil. Sto ad colligendum ratione Festivitatis S. Lucæ Evangelistæ Patroni Inclytæ Facultatis Medicæ. Festivitas hæc absolvebat per solum M. A. Lobiencium Decanum, in Ecclesia S. Annæ ubi celebravit Perillustris et Reverendissimus Dominus Espaldi Archipresbiter Infulatus et Canonicus Cathedralis Cracoviensis.

Anno Dñi 1729. Die 8. Octobris. Data est convocatio Inclytæ Facultatis Medicæ ad eligendum D. Decanum. in qua per Turnum Decanatum accepit Clarissimus Nobilis ac Spectabilis D. M. Stanislaus Antonius Lopacki Medicinæ Doctor Zemelianus Anatomiæ Professor, Almæ Universitatis Cracoviensis Later Emeritissimus et Senior Consul. Festivitas autem S. Lucæ Evangelistæ Patroni Facultatis Nostræ Medicæ celebrabatur in Ecclesia Collegiata SS. Omnium.

A. D. 1730. die 15. Octobris. Data est convocatio Inclytæ Facultatis Medicæ ad eligendum D. Decanum in qua per Descensum Decanatum accepit Clarissimus Nobilis ac Spectabilis M. Ignatius Paulus Michalorski Medicinæ Doctor Zemelianus Botanices Professor Hospitalis S. Rochi ex Fundatione Zadzikoviana Pauperum Studiosorum Ordinarius Medicus, c. r. Civitatis Privilegiatus Mathematicus et Secretarius Consul Cracoviensis. hac quoq; die Sigillum ferreum Facultatis Dna cum Talero et Duobus Libris adfe recepit, Insigne autem seu Pytagorica Rosei Coloris pellamnova subtus telâ alba fericâq; Purpurei Coloris, quam Nobilis Dña Thaterowa post dicta Clarissimi olim Nobilis ac Spectabilis D. Casimiri Thater Facultati reddidit, apud immediatum Clarissimum D. Decanum et Junto Jubilæ. Lectiones eodem Ut supra sunt acceptæ. Rationes verò ingerentium & in praxin, præsertim cum Hypochondriaco Catholico Hungarico Causa post Curiam S. R. M. et Dominanda. et Literæ ad Gnosp. D. Nagrodzki Procuratore Causarum Assessorium sunt ordinandæ. Festivitas verò S. Lucæ Evangelistæ more solito celebrabatur cum Expositione Sanctissimi Sacramenti in Pixide in Ecclesia Collegiata SS. Omnium sumptu Nobilis Clarissimi Dni Michalorski.

A. D. 1731. die 11. Octobris. Conformando se Inclyta Facultas Medica ad commissionem A. D. 1633. factam, quâ injunxit Pharmacopolis Vt socij et Tyrones semel in Anno præsertim in Januario subeant Examen: ideò Clarissimus Nobilis ac spectabilis D. M. Ignatius Paulus Michatoski Med: Doct. Botanicus Professor et Ill. Actis Secretarius Cons. Fraci: Interea Facultatis Medicæ Decanus, præbendo alijs exemplum et observando prædictam commissionem Socium Artis Pharmaceuticæ Ingenuum Joannem Christianum Vnrein Vngarum et Joannem Adamoski Tyronem suum, Illustrissimo, Nobilissimo Dñô M. Antonio Laskiewicz Medicinæ Doctore ejusdemq; Ordinario Professore, et Nobili ac spectabili Dñô Paulo Ludovico Badini Consule Fracov: emeritô Primario, Pharmacopola examinavit, qui primirum Ingenuus Joannes Christian. Vnrein Socius dexterrimè ad interrogata respondit. Ingenuus Dñô Joannes Adamoski Tyro Vt se melius perfectionet et majorem attendentiam in Arte Pharmaceutica habeat, eidem injunctum est quod si velit esse fabrum post medium Annum Socius.

Anno Domini 1731 die 15. Octobris data est Convocatio Inclytæ Facultati Medicæ ad eligendum Dominum Decanum, in quem electus est M. Antonius Laskiewicz Chir: et Medicinæ Doctor et Professor. qui Festivitatem S. Lucæ Evan: absolvit. celebrans. et Perillustri et Reverendissimo Domino Lopacki Archipresbitero Canonico et canonico Cathedrali Cracoviensi.

A. D. 1732 die 15 Octobris data est Convocatio Inclytæ Facultatis Medicæ ad eligendum Dominum Decanum in quem electus est Clarissimus Nobilis ac spectabilis Dominus Stanislaus Antonius Lopacki Medicinæ ad Doctor et Professor Senior Almæ Vtis et Consul.

A. D 1733. die 15. Octobris. Data est Convocatio Inclytæ Facultatis Medicæ ad eligendum Dñum Decanum, in quem per descensum electus est Clarissimus Nobilis ac Spectabilis M. Ignatius Paulus Michatoski Chir. et Med: Doctor et Mechanicæ Botanicæ Professor S. Actis Privilegiatus Mathematicus Consul Cracoviensis Hospitalis S. Rochi Pauperum Studiosorum ex fundatione Zadikoviana Ordinarius Medicus. Lectiones accepit 1ma de Anatomia fundationis Mechanicæ per Clarissimum Nobilem ac spectabilem M. Stanislaum Antonium Lopacki Med. Doct: et Prof: almæ Vniversitatis et Consulem Senatorem Cracoviens. 2da. per Clarissimum Nobilem ac spectab. M. Ignatium Michatoski eiusdem fundationis Mechanicæ de simplicibus seu Botanica. 3tia per Clarissimum Dñum M. Antonium Laskiewicz Ordinaria. 4ta verò de Institutionibus Medicis Lucius Vacat et Vacabit Ulterius. Siquidem Excellens Dñus M. Mirecki qui ad exteras Nationes pro Studio Medico discessit, Carne mortuus est. Festivitas verò S. Lucæ Evangelistæ Patroni Facultatis Nostræ peracta est in Ecclesia Collegiata S. Omnium Cracov. Missam verò Votivam celebrabat Senill et Cantabat Dñus M. Joan Lukini V. J. Doct et Pr. Can. Sath. Cracov. cum Expositione Sti Sacramenti in Pixide Sumptu Nobilis Clarissimi Dñi Michatoski Decani Facultatis.

Anno 1734 die 15 Octobris. Data est convocatio Inclytæ facultati Medicæ ad eligendum Dominum Decanum, in quem electus est Clarissimus et Excellentissimus Dominus M: Antonius Laskiewicz Philosophiæ et Medicinæ Doctor et Professor, qui festivitatem S. Lucæ Evang: suo sumptu celebrare solet in Ædibus D. Annæ. Celebrante Generosissimo et Reverendissimo Domino Ignatio Wyszogrodzki Suffulato et Canonico Cathedralis Cracoviensi.

Anno 1735 die 15 Octobris. Data est convocatio Inclytæ facultati Medicæ ad eligendum Dominum Decanum, in quem electus est Clarissimus et Excellentissimus Dominus M: Stanislaus Antonius Łabęcki Philosophiæ et Medicinæ Doctor et Professor Consul Cracoviensis Senior Pater Almæ Universitatis et Consulatus Cracoviensis.

Anno Dñi 1736. die 15. Octobris. Data est Convocatio Inclytæ Facultati Medicæ ad Eligendum Dominum Decanum, in quem electus est Clarissimus Nobilis ac Spectabilis Dominus M. Ignatius Michałoski Med Doctor et Professor Consul Cracoviensis.

Anno Domini 1737 die 15 Octobris. Data est Convocatio Inclytæ Facultati Medicæ ad Eligendum Dominum Decanum, in quem electus est Clarissimus et Excellentissimus Dominus M: Antonius Laskiewicz Philosophiæ et Medicinæ Doctor et Professor.

Anno Domini 1738 die 15 Octobris. Data est Convocatio Inclytæ Facultati Medicæ ad Eligendum Dominum Decanum, in quem electus est Clarissimus Nobilis ac Spectabilis Dominus M: Stanislaus Antonius Łabęcki, Philosophiæ et Medicinæ Doctor et Professor Consul Cracoviensis, Senior Pater Almæ Universitatis et Consulatus Cracoviensis. Qui Mense Sequenti idest in Novembre Satis cessit Fatis suis Omnia Cracoviensia cum Sanctis. Vivat Deus qui est Clarissimus

Nobilis ac Spectabilis Dn. Ignatius Michałowski Med.
Chir. Doctor et Professor Consul Cracoviensis

Anno Domini 1752. die 2da mensis Octobris Clarissimus et Excellentissimus Dn. Joannes Camelin, Philosophiæ et Medicinæ Doctor et Professor, Sacræ Regiæ Majestatis Consiliarius et Medicus Ordinarius, interea Facultatis Medicæ Decanus, me Rectorem Universitatis Studii Generalis in frequentissimum personaliter accedens, suam pro Doctoratu in Facultate Medica, ac Clarissimi et Excellentissimi Dn. Stanislai Wadowski, Philosophiæ et Medicinæ Doctoris et Professoris promotionem et inter Clarissimos Dominos Medicæ Facultatis Doctores et Professores ingressum, per Clarissimum Dn. Antonium Laskiewicz, Philosophiæ Doctorem et olim pretime Facultatis Medicæ Decanum, interea facta debita & ad illum Apicis præeminentiam, non fuisse et ejus annotatam exposuit, petens eandem memoriæ posterorum annotari; Cujus petitioni ut justæ et rationi consonæ, ubi ante omnia videndis et justificandis justificandis ad præmissa faciendum annuendo, eundem Clarissimum Camelin, pro Doctoratu gradum per Clarissimum Laskiewicz in Anno 1744. die 12 mensis Octobris promotum fuisse, ac pro loco inter Clarissimos Facultatis Medicæ Doctores et Professores publice in Ao 1749 die 2da mensis Decembris respondisse; jam vero Clarissimum et Excellentissimum Dn. Stanislaum Wadowski, Domo promotum fuisse, hic autem pro loco inter Clarissimos Facultatis Medicæ Doctores et Professores Anno 1750 die 5ta mensis Junii publice partim in Lectorio Cl. Dd. Theologorum, præsente numerosissima Illustrissimorum Auditorum corona respondisse. In quorum fidem me subscribo

Dn. Adalbti Ehrenski, U. I. Dr et Sti Leonis
Studii Gnesn. Universitatis Imp. Rector

Catalogus seu Memoria Medicinæ Doctorum et Professorum in hac Alma Universitate Cracoviensi, versis ℔ foliis libri hujus videatur.


Inches
Centimetres
Colour Chart #13
DANES-PICTA.COM
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black

In Nomine Domini Amen.

Catalogus seu Memoria Doctorum et Professorum Medicinæ Universitatis Cracouiensis

A principio fundatæ Universitatis, qui nam Doctores Medicinæ et Professores fuerint? Difficile est determinare, quorum tamen ex Antiquis Notatis potest esse Memoria, hic exprimuntur; et quidem Vel per Promotionem. Vel Resumptionem almæ Universitati Incorporatorum.

D. Nicolaus de Oszkowice.
D. Joannes Kro de Kotsebus.
D. Thomas Andreæ de Amelia.
D. Vincentius Marc de Szwindenic.
D. Joannes de Dobra
D. Joannes de Ludzisko.
D. Joannes de Swietlik.
D. Martinus Rex de Promyslia
D. Bernardus Hesse de Cratz
D. Albertus de Opatow
D. Andreas Corzymáta de Posnania

M. Joannes de Saccis de Papia Medᵉ Doctor. Facultatis Decanus legitur præfuisse Convocationi pro Statutis Facultatis Med. compilandis ex mandato Celsmi Principis Zbigneï Episcopi Cracou. Ordinatæ in Universitate videantur Statuta Almæ Univ. in pergameno descripta de Anno 1433. 19. Januarij

1475. Collega minor. Medicinæ Doctor. Astrologiæ Profess. vid. Bulla Sixti 4. p. Collegæ Artistarum

D. Petrus Cozsobic de Losniarza Rector Vnitis 1465. Consul Cracouiensis
D. Jacobus de Szaleszow
D. Joannes de Regule. Consul Cracouiensi 1480 Lector Ordinarius.
D. Jacobus de Boxyce
D. Euardus Mulicz de Kystawa.
D. Georgius de Drohobicz
D. Joannes Ursinus de Cracouia
D. Mathias de Miechow Lector 1501. et Rector Cracouiensis Vnitis
D. Joannes de Basilea Lector et Rector Vnitis 1508. a quo Anno Usq; ad 1513.
Rectores Medici fuerunt. Ut ex Concl: Vnitis constat fol. 36. 37. 38. eorum Annorum.
D. Adam de Bochnia
D. Blasius de Wittemberg
D. Matthias de Blonie Regius Physicus.
D. Albertus de Schamotuły
D. Adam de Zowicz
D. Nicolaus de Wieliczka Consul Cracouiensis.
D. Andreas Kostka
D. Joannes Mellar de Szmigiel.
D. Adam Hetter de Cracouia.
D. Joannes Cosmider de Strzeszow.
D. Lucas de Noskow Consul Cracou. 1520.
D. Hieronymus Woserbroth de Leopoli.
D. Jacobus Grzywna de Cracouia
D. Mathias de Miechow Lector et Canonicus Cracou: 1523.
D. Petrus Vedelinus de Oborniki 1526. Rector Vnitis et Consul Cracou:
D. Franciscus Haller de Cracouia.
D. Joannes de Noskow Cracouiensi
D. Lucas Morecius Consul Cracou:
D. Joannes Miaczynski Consul Cracou:
D. Joannes de Kawa Lector et Physicus Episcopi Cracou:
D. Adam de Brzezinÿ Cracouia promotus ad Cathedram
D. Andreas de Opoczno Consul Cracou:
D. Nicolaus Sokolnicki Promotus ad Cathedram.
D. Simon à Schamotuły Promotus ad Cathedram Isabellæ Reginæ Hungariæ Physicus

D. Stanislaus à Zowicz Collega Maior, ad Cathedram Promotus.
D. Albertus Oman seu Barb. de Posnania Consul Crac: 1550
D. Martinus à Chrosna ad Cathedram Promotus
D. Felix Choynowski de Samosty Theologus mira in praedicando felicitate in hac Vniversitate ad Cathedram Promotus.
D. Bartholomeus Sabinus Collega Minor Regius Physicus post Archid. Lublin:
D. Jacobus Montanus Lector Canonicus Cracovien.
D. Petrus Nouacius Collega Maior.
D. Petrus Posnanien. Lector post Can. Cruc. Praepositus Vilnensis et S. Floriani, Sigismundi Augusti Regis Physicus, Fundator Medii Pauperum
D Felix Sierpez seu Siepres
D. Stanislaus Zawadzki Picus, Cracou: Consul Cracou: Disputauit prò Incorporatione Medicae Facultati 13. Nou:. 1563. Multoties Rector.
D. Stanislaus Jacobeus Curelouiensis, Incorporatus 1576. praeuiâ Disputatione
D. Martinus Foxius Cracovien Incorporatus praeuiâ disputatâ 1578. Regij Physici
D. Joannes Latos Cracou: Incorporatus per disputatem. Insignis Mathematicus.
D. Simon Syrenius Sacratus Disputauit prò loco 5. Julij 1590. Insignis Botanicus
D. Andreas Crutinius Pilsnensis. Disputauit prò loco Doctorali 1593.
D. Sebastianus Petricius Pilsnensis Respondit prò loco Doctorali 1594. 4. Martij. Bernardi Cardinalis Maciejouij Episcopi Cracovien Medicus, aliquot opera edidit, et multis Peregrinationibus insignes.
D. Gabriel Joannicius. Respondit prò loco 16. Febr: 1610. postea Annae Jagiellonis et Sigismundi III. Medicus, Mathematicus insignis.
D. Valentinus Fontanus Respondit prò loco 1611. 17 Januarij, Mathematicus incomparabilis, et Vniversitatis Multoties Rector.
D. Stanislaus Zawadzki Picus, Cracovien. Respondit prò loco 1611. 18. Martij Quaestionem proposuit de Febribus. Incorporatus Facultati 22 Martij
D. Christophorus Nayman 1611. 23. Martij. Quaestionem habuit de Plica. Incorporatus 26. Martij. praeuiô Juramento, juxta Statuta. Multoties Rector.
D Joannes Mitkowski 20 Martij 1615. Disputauit et Incorporatus.
D. Matthias Woiewski alias Woienski Respondit prò loco Doctorali 1615. 7. Apr. Quaestionem proposuit de Plauitide, Consul Cracouiensis, Rector et Procancellarius Academiae, Stanislai de Brzezie Woienski Episcopi Camenecensis Progenitor
D. Joannes Innocentius Petricius, Disputauit prò loco de Hydrope 2. Aprilis 1620. et die 10. eiusdem Inclytae Facultatis Incorporatus praeuiô Juramentô. Consul Cracou:
D. Gabriel Ochocki Contuberny Philosophorum Senior. 1628. 4. Decembris Baccalaureus Medicinae creatus, 1629. 4. Januarij prò Doctoratu examinatus et Facultati Incorporatus, praeuiô Juramento. Die 18 Januarij in Magna frequentia Hospitum in Lectoris DD. Theologorum per Clarissimum et Generosum Dnm Doctorem Matthiam Woienski Academiae Procancellarium Solenniter Licentiatus, ac tandem praemissa Laudone de Sympathia et Antipathia die 30. Augusti in Ecclesia B.M.V. in Circulo, per eundem ad Cathedram Doctor creatus. postea 1634 Consul Cracouiensis
D. Laurentius Smieszkowic 1629 die 8. Februarij prò obtinendo loco Doctorali de Scorbuto publicè disputauit et die 12 eiusdem praeuiô Juramentô Inclytae Facultati Medicae incorporatus. Multorum Senatorum Archiater, Rector, Procancellarius Academiae et Fundator Contuberny, Sui Comprouinc.
D. Franciscus Rolinski publicam disputationem fecit de Apoplexia prò loco Doctorali, die 5. Apr. 1642. Incorporatus Facultati 9 Octobris eodem anno. Vitus Rector et Consul Cracouiensis.
D. Joannes Topski V. S. et Medicinae Doctor respondit prò loco inter Clarissimos DD. Doctores Medicinae die 12 Octobr. 1648. Quaestionem proposuit de Angina. praeuiô Juramentô die 22 Eiusdem incorporatus Facultati Petri Gembicki Episcopi Cracouien Archiater, Vniversitatis Procancellarius, Mathematicus insignis.

D. Petrus Mucharski die 18 Junij. Disputauit prò loco inter Claros DD. Doctores Medicinæ, Quæstionem proposuit De Peripneumonia. 24. Octobr: præmiò Juramentò de observandis Statutis Facultati incorporatus. Anatomicus perfectissimus, Regis Vladislai IV: Archiater:

D. Nicolaus Zorawski Regni Ludovici Medicus, Mathematicus celeberrimus Vocatus, non respondit prò loco.

D. Hyacinthus Zopacki Consul Cracouiensis, disputauit prò loco 4. Junij 1658. Quæstionem habuit de Epilepsia. Incorporatus præmiò Juramentò 5. Novembris eodem Annò. Rector Universitatis electus 1684. die 6 Octob: sed renuntiauit. Professor Medicinæ 44. annis, et Senior Consul Cracouiensis aliquot Annis.

D. Stanislaus Nowakowic Collega Minor: et Mathematicus 1645. 5. Idus, de Paralysi prò loco Doctoris obtinendò disputauit. Die 2. Nou: præmiò Juramentò Facultati incorporatus. Consul Cracouiensis.

D. Joannes Farcynski Andreæ Trzebicki Episcopi Cracouiensis Medicus 1676. die 16 Martij prò loco inter Doctores Medicinæ obtinendo, disputauit publicè de Febre Syncopali, præmiò Juramentò Facultati Incorporatus.

D. Stanislaus Wosinski mod. ext. Consul Cracouiens. disputauit prò loco Doctoris 9. Januarij 1676. Quæstionem proposuit de Febre Maligna. 3. Nou: præmiò Juramento Facultati incorporatus. S.R.M. et Episcopi Cracou: Medicus, Procancellarius Facultatis Medicæ.

D. Stanislaus Zopacki Ant. Annò D. 1691. prò loco in Universitate inter Claros DD. Medicinæ Doctores obtinendo disputauit de Ophtalmia 18. Idus. Incorporatus Facultati die 15 Idus eodem Annò. Consul Cracouiensis Senior. obiit 1738 2. novembr. a. 1688 25 Oct

D. Joannes Stanislaus Dzidowski Promotus tunc Hospitium in hac Universitate, prò loco disputauit 1692 die 21 Aprilis, Quæstionem proposuit de Arthritide, incorporatus Facultati præmiò Juramentò 23 Febr: 1693. Consul Cracouiensis. obiit 1718. 29. mart. D. Zaki

D. Joannes Zaluskowic Consul Cracouiensis S.R.M. Medicus et Secretarius prò loco disputauit 25. Aprilis 1695. Quæstionem instituit de Apoplexia; quam per extensum cum rationibus Conclusionum et Corollariorum typo impressam Regi Joanni III. dedicauit. Incorporatus præmiò Juramentò, eodem Annò. obiit 1717. 23 Julii

D. Josephus Antonius Czeczkowic Consul Cracouiensis, Multorum Procerum Regni Czeczkiewicz Medicus, prò loco inter C.C. DD. Doctores obtinendo publicè de Phtysi disputauit Annò Domini 1702. die 21. elapsis Februarij. Incorporatus Facultati præmiò iuramento, eodem Annò die 24. Octobris.

D. Casimirus Tuater Mathematicus et Geometra Juratus, postea Consul Cracouiensis prò loco inter Clarissimos DD. Medicinæ Doctores et Professores obtinendo, Dissertationem instituit de Febre Tertiana die 11. Julij 1712. Incorporatus Facultati Anno 1713 in Februario. Multorum Magnatum Physicus. m.d. Patavinus. patris cessit. 1726. 3. April

D. Joannes Nowakowic M.D. Patavinus Consul Cracouiensis, disputauit prò loco inter Clarissimos Duos Doctores Medicinæ et Professores de Scorbuto die 26. Martij A.D. 1716. Eodem Annò incorporatus Inclytæ Facultati die 30 Martij. postea prævenit Fatis sublatus. obiit a. 1721. 26 Maji.

D. Ignatius Michałowski S.R.M. privilegiatus Mathematicus. Consul Casimiriensis, postea Cracouiensis et Privilegiatus Regius Mathematicus, prò loco inter Clarissimos DD. Doctores Medicinæ Disputauit de Ictero, die 4ta Julij. Incorporatus Inclytæ Facultati more solitò Scitior præmiò Juramento die 7. Septembris, eodem Annò. 1718.

D. Antonius Laszkiewicz Petri. Romæ prò medicina promotus Disputauit prò loco Lic. 13 Idus Aprilis. A.D. 1721 prò loco inter Medicæ Facultatis Doctores ac Professores publicè in Lectorio DD. Theologorum dispu- tauit Lic. vero 15 eiusdem mensis Inclytæ Medicæ Facultati inco- rporatus est sub Decanatu Clarissimi Dni M. Stanislai Zopacki M.D. Professoris Bothanici senioris Consulis Cracouiensis. obiit d. 12 Aprilis 1750.

D. M. Joannes Caietan Petri. S.R.M. Consiliarius et Medicus Ordinarius prò Medicina promotus in hac Universitate Cracoviens. A.D. 1744 d. 12 Mens. Bris

vertat

pro Loco inter CC.DD. Medicinæ Doctores et Professores obtinendo; respondit publicè in Lectorio CC.DD. Theologor.e A.D. 1749. & 2da Xbris et Facultati Medicæ incorporatus est. Decanu Clarissimi ac Excellmi Dni M. Antonij Laskiewicz Phil.æ ac Medicinæ Dris et Profis ac interea ejusdq Facultatis Decani. Obijt A.D. 1774. Mense Januario. Vir plenus meritis requiescat in pace.

Respondit pro loco inter CC. DD. Facultatis 1750. 1ma Junij Româ reduxit M. Stanislaus Wadowski Md.æ Romæ creatus. Obijt 1769. Requiescat in pace

M. And.æ Badurski Phæ Dr. Collega minor. Bononiæ Medicinæ Doctor creatus respondit pro Loco in Facultate 1770. mense Decembri Decanatu p.m. Clmi Camelin Collegæ æternum venerandi; per Dissertationem de Variolis, methodo communi eas medendi, tum de duobus pleris remedijs Balneo nempe nivicano et Inoculatione

Obiit 1789

M. Joannes Nepomucenus Lucy in hac Alma Universitate Medicæ & Phæ Doctor creatus respondit pro loco in Facultate 1775. die 15. Julij. Decanatu M. And.r Badurski per Dissertationem de Peste.

Utraque Dissertatio typis data pro memoria reposita est in Cista Facultatis Medicæ.

M. Raphael Perwiekowski Phæ Medicæ et Chirurgiæ Doctor respondit pro Loco in Facultate et sustinenda Cathedra Anatomiæ. Obstetritiâ & Chirurgiâ Anno Domini 1779no Die 16. Xbris Decanatu Ill. And.r Badurski Consil. Regij per Dissertationem de Instrumentis Chirurgicis causa instruendæ Juventutis Polono idiomate factam, reservato loco Cmo Dno Suszek Phæ et Medic: Doctori.

Not. de Rmo Soldadini

Colour Chart #13
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black
Inches
Centimetres
DANES-PICTA.COM

9-1


Inches
Centimetres
Colour Chart #13
DANES-PICTA.COM
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black


Inches
1
2
3
4
5
6
7
8
Centimetres
Colour Chart #13
DANES PICTA .COM
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black


Inches
Centimetres
Colour Chart #13
DANES PICTA .COM
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black


Inches
Centimetres
Colour Chart #13
DANES PICTA .COM
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black


Inches
1
2
3
4
5
6
7
8
Centimetres
Colour Chart #13
DANES PICTA .COM
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black

112


Inches
Centimetres
Colour Chart #13
DANES-PICTA.COM
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black


Inches
Centimetres
Colour Chart #13
DANES PICTA .COM
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black